VERSIO ALEX
OPTIMVM INTERPRETAT
SACRORVM PRA

SPECIMEN PR

IN EPISTOLAM D. PAVLI

QVOD

EX AVCTOR

AMPLISSIMI PHILOSO

PVBLICO ERVDITORVM E

A. D. XXVI. OCTOBR.

H. L. Q.

CHRISTIANVS FRIDER

ROEGLITIO-MARTI

PHILOSOPHIAE ARTIVMQVE L

ASSVM

IOHANNE CARO

STOLTZENHAY

LIPSI

EX OFFICINA LA

LEXANDRINA
RETATIONIS LIBRORVM
PRAESIDIVM

EN PRIMVM

PAVLLI AD HEBRAEOS,

QVOD

TORITATE

ILOSOPHOR. ORDINIS

ORVM EXAMINI SVBIICIT

TOBR. CIↃIↃCCLXIII

L. Q. C.

IDERICVS SCHMIDIVS

-MARTISBVRGICVS

MQVE LIBERALIVM MAGISTER

SVMTO

CAROLO ZEVNIO

ZENHAYNENSI.

PSIAE

A LANGENHEMIA.

BS 2775
.S36
1763
c.1

VIRO
MAGNIFICO SVMMEQVE VENERABILI
CHRISTIANO AVGVSTO
CRVSIO,
LITTERARVM SACRARVM DOCTORI,
S. THEOLOGIAE PROFESSORI PRIMARIO,
PHILOSOPHIAE PROFESSORI EXTRA ORDINEM,
INGENVI PRAESVLATVS MISENENSIS CANONICO,
ALVMNORVM ELECTORR. EPHORO, ACADEMIAE LIPSIENSIS
DECEMVIRO, SVMME REVERENDI THEOLOGORVM ORDINIS,
NEC NON NATIONIS MISNICAE SENIORI,
LONGE MERITISSIMO GRAVISSIMOQVE,

THEOLOGO PARITER ATQVE PHILOSOPHO CONSVMMATISSIMO

AVVNCVLO, PATRONO, FAVTORI

OPTIMO MAXIMO

HOC QVALECVNQVE PIETATIS MONVMENTVM

OBSERVANTISSIME OFFERT

AVCTOR

VIRO

MAGNIFICO SVMMOQVE VENERABILI

CHRISTIANO AVGVSTO CRVSIO,

LITTERARVM SACRARVM DOCTORI,

S. THEOLOGIAE PROFESSORI PRIMARIO,

PHILOSOPHIAE PROFESSORI EXTRAORDINARIO,

INCLYTI PRAESVLATVS MISNENSIS CANONICO,

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

AVVNCVLO, PATRONO, FAVTORI

[illegible]

[illegible]

[illegible]

AVCTOR

VIR MAGNIFICE

DOCTOR SVMME VENERABILIS

AVVNCVLE MAXIME COLENDE,

Ita enim accidit, vt caſu quodam inopinato ad hunc libellum delaberer, quem veluti primitias vitae, quam egi in hac vrbe, praecoces forſan et immaturas, nunc publice propono, ſpe fretus, fore, vt niſi conſenſu virorum doctorum, at cenſura certe non indignus habear. Quem libellum, licet tenuem admodum atque incultum, ad quem tandem virum potius abire iuberem quam ad TE VIR MAGNIFICE, *de cuius ſumma in me indulgentia atque beniuolentia ſinguli*

guli vitae meae dies testantur? non quo eum acutissimi doctoris examine dignum existimarem, TIBIque non plane ingratum fore confiderem, sed vt pietati in TE meae satisfacerem, TVIque nominis auctoritate opellam meam quodammodo munirem. Id enim vitium obscurorum hominum omnium est, vt, si velint aliquando e tenebris quasi emicare, summorum virorum nominibus tanquam gemmis auroque libellulos suos distinguant atque illustrent, et alienae doctrinae gloria commendati, se ipsos leuis cuiusdam famae vmbram consequuturos arbitrentur. Quod vitium, VIR MAGNIFICE, AVVNCVLE OPTIME, vt aetatis meae imbecillitati vitaeque obscuritati condones, humanissimis abs TE precibus peto atque contendo. Iam vero hoc quoque mihi indulge beneficium, vt liceat piae mentis sensa verbis exprimere, TVAEque beniuolentiae magnitudinem oratione publica celebrare. Tertium enim iam agitur lustrum, ex quo me puerum in hanc litterarum sedem deduxisti, in aedibus TVIS aluisti, atque praeter innumera alia beneficia hoc primo maximoque me ornasti, vt rudem me atque agrestem Magnifico atque Summe Venerando ERNESTIO, *Amplissimoque atque Celeberrimo* FISCHERO *erudiendum traderes, quorum virorum elegantissimae doctrinae insignibusque beneficiis, nullo merito meo, sed TVI caussa in me collatis, quicquid in me est humanitatis, ingeniique, si quid est, acceptum refero omne, semperque grato animo profitebor. Sed qui TE norunt VIR MAGNIFICE, cognitum quoque atque perspectum habent,*

TVAM

TVAM beniuolentiam eſſe eiusmodi, vt niſi in homine prorſus ingrato collocata fuerit, nunquam minuatur, imo ſemper augeatur. Quod equidem ipſe expertus ſum ita, vt illa veluti initia beneficiorum TVORVM longe deinceps maioribus ſuperares. Nam ex quo ſcholis TVIS intereſſe mihi contigit, in ſummo belli armorumque ſtrepitu, maximaque reipublicae miſeria, ad praeceptorum TVORVM delicias me recepi, TVAque liberalitate adiutus ne ipſam quidem calamitatis publicae vim, niſi metu, auribusque ſenſi. Quodſi ſumma beniuolentia ſumma rerum omnium caritate atque inopia aeſtimatur, fateor ſane me hanc ob cauſſam tantum TIBI debere, quantum in his terris nemini. Quid vero de eo dicam, quo omnis verae ſapientiae vis continetur, aut qui tandem dicendo aſſequar placitorum TVORVM, quibus theologiae atque philoſophiae ambitum complecteris, elegantiam, ſubtilitatem, vtilitatemque? Hanc vero maximam felicitatem exiſtimo, quae vera diuinae humanaeque doctrinae ſcientia abſoluitur; Hoc vero praeſtantiſſimo vtriusque vitae praeſidio me TVIS inſtitutionibus inſtructum eſſe ita gaudeo, vt nihil addi poſſe videatur. Quae beneficia TVA, vt SANCTISSIMVM NVMEN TIBI referat, quoniam ego referre non valeo, oro atque obſecro. Faxit Deus, vt ſummis vitae beatae, tranquillae atque longaeuae deliciis fruaris, TVAEque doctrinae copia eccleſiae, litteris, omnibusque verae ſolidaeque eruditionis cupidis prodeſſe quam diutiſſime poſſis. Quodſi quid in huius diſſertatiunculae anguſtias contraxi, quod TIBI, VIR MAGNI-

MAGNIFICE, probetur, id TIBI reddo, TEque rogo, vt ingenii imbecillitati ignoscas, si in reliquis erraui. Caeterum me Zeuniumque meum fauori TVO humanissime commendo, totamque vitam meam TIBI ita trado, vt perpetuo haberi velim

VIR MAGNIFICE

DOCTOR SVMME VENERABILIS

AVVNCVLE MAXIME COLENDE

MAGNIFICI NOMINIS TVI

Scripsi Lipsiae ipsis Idib. Octobr.
A. N. C. CIƆIƆCCLXIII.

CVLTOR ATQVE CLIENS ADDICTISSIMVS

CHRISTIANVS FRIDERICVS SCHMIDIVS

A. M.

VERSIO ALEXANDRINA
OPTIMVM INTERPRETIS LIBRORVM DIVINORVM PRAESIDIVM.

§ I.
Ratio instituti.

Quum ratio reddenda esset nobis studiorum nostrorum, vt et animi pietatem demonstraremus iis inprimis viris, qui ingenio regundo praefuissent, et caeteris omnino omnibus, qui litteras artesque aut iuuare aut amare solent, opellam qualemcunque probaremus, quam in legendis libris veterum collocassemus; contigit tandem, vt post profligata maxima grauissimaque diuturni belli mala, ad tenuem hunc libellum scribendum accedere conaremur. Neque enim vlla re videbamur magis nobismet ipsis, virorumque doctorum voluntati satisfacturi, quam eo potissimum argumento, in quo recte cognoscendo plurimum temporis atque laboris consumsissemus. Sed arrogantis fortasse haec sunt atque superbi. Itaque id maxime delegimus argumentum, quod ad litteras sacras, quibus nomen dedimus, intelligendas vtilissimum, ad ingenii vim acuendam subtilissimum, ad disputandum aptum atque graue videbatur. Quid quod alia ad hanc maxime quaestionem nos commouit non sane leuis caussa? Quid enim? Refellendi sunt, qui, quum audiuissent nos contra vim quandam litterarum humaniorum in animos hominum et reipublicae formam dixisse, clamarent, nos litteras humaniores contemnere, adeoque alios ab hisce discendis auocasse oratione futili atque inepta; quod si fecimus, capiti nostro sit! immo maxime commendauimus semper omnia antiquitatis monumenta, maximeque doluimus, in tanta optimorum librorum copia adolescentes nostros impetu quodam profano atque impuro non ad vetustarum sed ad nouarum linguarum studium ineptasque atque inanes male philosophantium nugas ruere. His igitur op-

ponimus

ponimus argumentum libelli nostri de *Versione Alexandrina optimo interpretis librorum sacrorum praesidio.*

§ II.

De caussis contemtae Versionis Alexandrinae.

Qua in re non videtur opus esse, vt longa praefatione de auctoribus Versionis Alexandrinae exponamus, atque quomodo facta sit, describamus; dudum enim haec res a viris celeberrimis explanata est. *) Id potius quaeri debet, quae tandem caussa sit contemtae neglectae ac propemodum ignoratae versionis Alexandrinae, qua fit, vt iuuenes nostri eam ne legant quidem, multo minus diligenter atque sedulo. Non me fugit, osores istos eo confugere, vt dicant auctores libri male multa codicis sacri loca vertisse, adeoque torsisse; Quod facile concedo? Nam primum vsi sunt Senes Alexandrini Codice hebraico a quo abessent puncta vocalia, pars altera textus; cuius rei exempla ipse libellus noster exhibebit quamplurima. Neque propterea sunt accusandi, immo vt mittam nunc controuersiam de origine punctorum, probabile est praefectos scholae Hierosolymitanae codices punctis distinctos vsui priuatorum nunquam concessisse. Porro constat Iudaeos omnes eo fuisse animo, vt in textu sacro quicquam mutare, religioni sibi ducerent, in versione vero priuatas quoque opiniones, nec non explicationes verborum difficiliorum, quas glossas vocant Critici, de suo adderent. **) Id Alexandrinos quoque fecisse, nemo negabit, nisi qui ipsorum versionem cum verbis hebraicis nunquam contulerit. Quodsi de hoc vitio, quod sane vitium est, constat exemplis innumeris, lector sit paullulum doctior atque sagax necesse est, vt possit verba genuina a glossis

*) Vid. *Dalenii* Commentarius super Aristea de LXX. Interprr. nec non *Prideaux* Histoire des Iuifs, Tomo III. p. 44. 99. qui etiam de vtroque scripto Alexandrino et Vaticano, fusius exposuit.

**) Sic מֵאֱלֹהִים vertunt: παρ' ἀγγέλους *Ps. VIII*, *6.* recte, vti ostendemus ad *Ebr. II*, *7.* Sic *Ps. XCI*, *6.* patrocinantur superstitioni de *genio meridiano*, quae etiamnum superest in animo eorum, qui non Deum sed diabolum colunt. Vertunt enim מִקֶּטֶב יָשׁוּד צָהֳרָיִם *a lue saeua*, *improba*, sic: ἀπὸ συμπτώματος καὶ δαιμονίου μεσημβρινοῦ· Legerunt enim pro יָשׁוּד sic: וְשֵׁד a שֵׁד quod *genium malum* notat. Aliud exemplum glossae est *Gen. IIII*, *1.* vbi אִישׁ אֶת־יְהוָה vertunt: ἄνθρωπον διὰ τοῦ θεοῦ, vt scilicet cauerent, ne quis Euam errasse putaret. Pessime! Sane debebat esse: ἄνθρωπον τὸν Κύριον, (sic enim vertitur fere semper יְהוָה ab Alexandrinis; contra אֱלֹהִים vertitur: ὁ Θεὸς) vt est apud *Paullum*, qui respiciens hunc locum correxit glossam τῶν ό *1 Cor. XV*, *47.* ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς, χοϊκός· ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ· At *Gen. VI*, *2.* non Alexandrinorum, sed librariorum christianorum est glossema, qui בְּנֵי־הָאֱלֹהִים verterunt: ἄγγελοι. Nam in *codice Vaticano* recte legitur: υἱοὶ τοῦ θεοῦ·

gloſſis recte ſeiungere. Accedit, quod eiusmodi verba, quibus videntur ab hebraicis aberraſſe, nonnunquam confirmentur auctoritate Scriptorum Noui Foederis, maximeque Paulli, qua de re deinceps copioſius diſputabimus. Itaque hanc maxime ob cauſſam nemo, qui interpretis nomine glorietur, ignorare hanc verſionem debet aut negligere. Denique nemo neſcit homines fuiſſe interpretes Alexandrinos, hoc eſt, nec ſemper recte vertere potuiſſe oracula diuina, neque etiam voluiſſe, vel quoniam aliter intelligebant verba, vel quia plane non intelligebant, propter vitium librariorum aut alia de cauſſa, vel quia nolebant arcana veteris religionis gentilibus declarare. ***) Verum hoc vitium commune eſt omnibus interpretibus, neque in Alexandrinis tantum animaduertitur, ſed in recentioribus quoque litterarum ſacrarum interpretibus deprehenditur, ****)

***) Exempli loco ſit nomen יְהֹוָה quod conſtanter vertunt κύριος· Cuius nominis veram vim Ieſus Chriſtus ipſe per Iohannem in *Apocalypſi I, 4.* exprimit ſic: ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, cuius verſionis cauſſa patet ex *Exod. VI, 3.* coll. *Exod. XXXIIII, 6.* Vid. S. R. *Cruſii* progrr. *de ſignificatione relatiua nominis tetragrammati.* Quo etiam pertinet nomen Chriſti, צֶמַח *Zach. VI, 12,* quod ἀνατολὴν vertunt Alexandrini, vnde *Luc. I, 78.* vocatur: ἀνατολὴ ἐξ ὕψους h. e. *progenies coeleſtis*, in qua phraſi paullo obſcuriori duplex eſt metaphora; prima a *plantis* repetita, ex *Ier. XXIII, 5.* vbi eſt: Ἀνατολὴ τοῦ Δαυὶδ (nam ἀνατέλλειν de *plantis* frequens eſt apud ſcriptores graecos; conferri etiam poteſt e verſione Alex. *Gen. XVIIII, 25.* e N. Teſtamento *Marc. IIII, 5.* coll. *Luc. VIII, 6.* vnde ad *ſobolem* transfertur *Ebr. VII, 14.*) altera a *ſole oriente* ducta ex *Mal. IV, 2.* καὶ ἀνατελεῖ ὑμῖν τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά μου ἥλιος δικαιοσύνης. Vtramque complectitur Chriſtus *Apoc. XXII, 16.* Ἐγώ εἰμι ἡ ῥίζα καὶ τὸ γένος (vti *Act. XVII, 28.* τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν) Δαυὶδ, ὁ ἀστὴρ ὁ λαμπρὸς ὁ πρωϊνός. In confeſſo eſt, voces ῥίζα καὶ τὸ γένος hebraicum צֶמַח longe accuratius exprimere, quam quidem vagum illud vocabulum ἀνατολῆς, quod tamen forſan ſplendidius viſum eſt Alexandrinis. In loco vero *Luc. I, 78.* ἀνατολὴ ἐξ ὕψους dictum eſt pro: ἀνατολὴ ὑψίστου. Similiter Spiritus ſanctus vocatur δύναμις ἐξ ὕψους *Luc. XXIIII, 49.* et δύναμις ὑψίστου *Luc. I, 35.*

****) Neque hac culpa vacat ipſe B. *Lutherus*, quamquam omnium interpretum, qui ſunt atque fuerunt, in tanta librorum tenuitate, longe praeſtantiſſimus. Nonne enim foedus eſt error, quem commiſit in interpretatione loci non obſcuri, *Act. II, 3.* καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς etc. quod *Lutherus* vertit: *Et conſpiciebantur linguae ipſorum diuiſae, tanquam igneae.* Male. Nam verba graeca hunc efflagitant ſenſum: *Et apparuerunt ipſis linguae diuidentes ſe, ſpecie ignea, ſ. quaſi igneae.* *Nam* ὤφθησαν αὐτοῖς ſignificat: *apparuerunt ipſis.* Sic *Matth. XVII, 3. Marc. VIIII, 4. Luc. I, 11. XXIV, 34,* vbi *Marcus XVI, 12. 14.* in loco parallelo habet: ἐφανερώθη. Denique διαμεριζόμεναι γλῶσσαι, ſiue paſſiuum malis ſiue medium, minime ſignificat *linguae diuiſae*, ſed: *diuidentes ſe*, aut: *quae diuiderentur.* Nam eſt praeſens, non praeteritum.

neque Cappellum, Grotium, Schoetgeniumue, doctissimos viros, magis eiusmodi errores euitaturos fuisse existimauerim, si vernaculo quisque sermone litteras sacras reddidissent, quam quidem Iudaeos illos Alexandrinos. Quae cum ita sint nonne temere versio illa contemnitur? forsan quoniam Graeca est, non Francogallica, non Anglica, non Latinobarbara; neque ita comparata, vt praeter verbi diuini aut certe interpretationis intelligentiam magno emolumento sit iis, qui honores ambire iisque cum laude ac dignitate fungi velint.

§ III.

Commendatur Versio Alexandrina 1) propter vsum Iudaeorum.

Atque haec eo pertinet oratio nostra, vt etiam maxime omnibus, qui theologiae operam dant, commendanda versio Alexandrina videatur. Primum enim nemini, qui historiae litterarum initia cognouerit, obscurum esse potest, versionis istius inter ipsos Iudaeos, qui vernacula vterentur graeca, maximam auctoritatem fuisse, eamque postquam consuetudo sermonis hebraici desierat, a Iudaeis omnibus adhibitam, conseruatam, sermonibusque celebratam fuisse eo maxime tempore, quo Iesus ipse atque Apostoli doctrinam diuinam Noui Foederis propagarunt. Itaque innumera veteris Testamenti loca a scriptoribus sacris Noui Foederis secundum versionem Alexandrinam repetita, quae videntur ab hebraicis verbis nonnunquam discrepare, sine illa vix possent intelligi, diiudicari atque vindicari; de quo velim cogitent, qui somniant Epistolam ad Hebraeos, Euangeliumque Matthaei non graeco sed hebraico sermone scripta fuisse, quod nec ipsa verborum structura patitur, vti patebit ex iis, quae ad Ebr. X, 38. dicturi sumus. Porro multorum verborum in ipsis libris Veteris Testamenti vera vis atque natura sine versione ista graeca prorsus ignoraretur, nec nisi coniecturis posset tentari; Quo pertinet vt hoc vtar, praeter varia geniorum malorum nomina, doctrina typica veteris testamenti omnis, quae religione prisca continetur, variisque sacrorum ritibus absoluitur. Ecquis enim in sacris Iudaicis describendis fidem habuerit scriptoribus Talmudicis, aliisque in quorum animo ἄχρι τῆς σήμερον τὸ αὐτὸ κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς παλαιᾶς διαθήκης μένει; At veteres illi patriarcharum religionem sequuti interpretes pura primi foederis sacra ita proposuerunt, vt nulla nec superstitionis vanitate nec incredulitatis stultitia decepti viderentur.

§. IV.

§ IV.

2) *Propter veſtigia linguae hebraicae.*

Quae, quamquam ſatis magna ſint emolumenta, videntur tamen quaſi euaneſcere, ſi linguae indolem intueamur, qua ſcripta eſt haec verſio. Eſt autem ea quam *helleniſticam* vocabant grammatici veteres, h. e. vulgaris hebraizans, quam ipſam librorum Noui Teſtamenti auctores ſequuti ſunt, ſcribendoque expreſſerunt, quo ſumma cognoſcitur Verſionis Alexandrinae in recte intelligenda dictione Noui Teſtamenti, vtilitas. Neque enim arbitramur, poſt Gatakeri, Leusdeni, Celeberrimique Fiſcheri elegantiſſimos Commentarios, quemquam fore qui hoc neget, aut Nouum Teſtamentum Attico ſermone ſcriptum exiſtimet; quaſi Deo optimo maximo elegantia Attica magis placeret, quam quidem ruſticitas Dorica barbariesque Macedonica, non animus, non candor, non grauitas, non ſublimitas auctoris. Alioquin carminibus maxime Atticis exprimenda erat oraculorum diuinorum maieſtas, vt genus ſcribendi ad delectationem ſuauiſſimum ad perſuaſionem efficaciſſimum, ad doctrinam ſubtiliſſimum admirere. Quis vero neſcit, nullos harum rerum fines eſſe, neque magis genus ſcribendi optimum dari, quam quidem mundum optimum? Deus vero ipſe nec eloquentiam humanam admiratur, nec tenuitatem contemnit, immo virtutis atque veritatis ſtudio delectatur, nulla habita elegantiae in dicendo ratione. Itaque inepte praetextum quendam pietatis prae ſe ferunt, qui Atticum ſcribendi genus in Nouo Teſtamento deſiderant, quum ipſi apoſtoli profiteantur, ſe Dei, non huius mundi, ſpiritum accepiſſe, adeoque doctrinam diuinam propoſuiſſe ita, vt non venuſtatem ac ſplendorem eloquentiae humanae, ſed vim diuinam ſpiritus ſancti oſtenderent, quoniam vana iſta ſapientia hominum pro ſtultitia habetur a Deo; *ὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν διδακτοῖς πνεύματος ἁγίυ. ἡ γὰρ σοφία τῦ κόσμυ τύτυ μωρία παρὰ τῷ Θεῷ ἐςι.* 1 Cor. II, 13. III, 19. conf. Ebr. IV, 12. Sed quid multa? Res ipſa loquitur; quicquid contra dicant, qui vel linguae indolem *ignorant*, vel in opinionibus ſuis *defendendis* tenaces ſunt. Conſtat exemplis innumeris, in Nouo Teſtamento phraſes hebraeorum et latinorum generi ſcribendi proprias reperiri. Iam etſi non nego, multos hebraiſmos, in vetuſtiſſimorum quoque Graecorum inprimis poetarum libris ineſſe, quos collegere Pfochenius, Georgius, Blacualus, Vuollius, nuperque admodum Kypkius, hoc tamen nego, negaboque ſemper, quamdiu librum graecum legere ſermonisque vim ſapere potero, hebraiſmos illos ad graeciſmos elegantiasue graecae dictionis referri debere, immo vero hebraicae linguae veſtigia atque vetuſtatis indicia eſſe arbitror. Scili-

cet quo maior eſt libri antiquitas, eo maior quoque eſt ſtili ſimplicitas, *) vt facile pateat, multos Hebraeorum idiotiſmos in ſtructura vſuque verborum a vetuſtiſſimis graecis conſeruatos fuiſſe. Itaque ex ſolius Homeri ſcriptis poſſem ſexcenta Hebraiſmorum exempla afferre, quae nemo poſt illum eſt imitatus. Adeoque memini, me in Sophoclis Euripidisque tragoediis permulta hebraici ſermonis veſtigia reperire. Sed qui de Hebraismis Noui Teſtamenti non dubitant, facile in hac opinione peccant ita, vt phraſes caeteroquin graecas, ſi paullo ſint elegantiores, atque hebraicae cuidam ſimiles, in Nouo Teſtamento nolint graecas exiſtimare. Itaque vt nec in negandis nec in augendis hebraiſmis peccemus, hac cautione vtraque ſententia temperanda eſt, vt verba graeca, quae phraſin aliquam hebraicam omnino reddant, ſi in vetuſtiſſimis tantum libris raroque occurrant, pro hebraiſmo habeamus; contra ſi ſaepe etiam ab optimis ſcriptoribus Atticis fuerint vſurpata, etiam pro graeciſmo habeamus, quamquam fuerint adhibita a ſcriptore, qui ſaepe hebraicum loquendi genus imitaretur.

§ V.

Concluſio.

Quae quum ita ſint, quis eſt quin videat ſummam verſionis Alexandrinae in explicandis maxime Noui Foederis oraculis vtilitatem? qua non eos tantum iuuat, qui velint loca e Veteri Teſtamento commemorata inter ſe contendere, ſed eos quoque, qui verborum ſingulorum ac ſtructurae naturam recte intelligere velint. Quod quidem nunc exemplo epiſtolae ad Hebraeos illuſtrare inſtituimus, non ſolum quoniam hunc librum ſine verſione Alexandrina a nemine penitus intelligi poſſe arbitramur, ſed propterea etiam, vt exemplis quibusdam eam Paullinam eſſe demonſtremus. Placuit autem eum in primis librum deligere, quem hoc anno priuatis ſcholis amicis quibusdam interpretati eſſemus, non quo ſingula perſequeremur, quibus in explicando libro vſi ſumus, ſed ea tantum, quae ex Alexandrina verſione illuſtranda exiſtimauimus, vt ex hac ipſa parte conſtet aequis doctisque iudicibus, quamnam interpretandi methodum ſequamur.

SPECI-

*) Sic vetuſtiſſimi graeci *coelum*, quaſi digito monſtrarent, τοῦτο vocarunt, quod valde probabilem reddit coniecturam eorum, qui putant R. Ioſeph ſequuti, hebraicum שָׁמַיִם conflatum eſſe ex שָׁם מַיִם *ibi aquae*, quod etiam δεικτικῶς dictum, vti graecum τοῦτο. Sic *Plato Tim.* p. 28. ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς, ἢ κόσμος ἢ καὶ ἄλλο ὅ τε ποτὲ ὀνομαζόμενος μάλιστ᾽ ἂν δέχοιτο, τοῦθ᾽ ἡμῖν ὠνομάσθω. conf. omnino *Hoogeuenus ad Viger. de Idiot. graecis p. n.* 152. *ed. 2dae.*

SPECIMEN PRIMVM
IN EPISTOLAM D. PAVLLI AD HEBRAEOS.
Ad Capitis I. v. 1.

πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως) Hesychius: πολυτρόπως, διαφόρως, ποικίλως. Sed πολυμερῶς interpretatus est: πολυσχεδῶς, δαψιλῶς, πολλὰ σχήματα ἔχων. Porro πολυμερὲς, εἰς πολλὰ μεριζόμενον. Itaque πολυμερῶς nolim de *tempore* interpretari cum *Grotio*, vt significet *saepe*, sed ad τὰ μέρη τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ referendum videtur. *Variae* autem *doctrinae partes* antiquissimis temporibus reuelatae, sunt v. c. *Creatio*, Adamo patefacta, *Iudicium* Enoco, *Iudae v. 14. 15*, *futurus Messias* Euae, et sic porro. Πολυτρόπως pertinet ad *diuersas reuelationis diuinae species*, v. c. visa, somnia, species oblatae, sensus quidam in animo, voces auditae, miracula proprie sic dicta atque vaticinia; conferri potest *Num. XII, 6-8.* Sensus igitur est: postquam *de partibus multis varieque* praeceperat Deus maioribus per etc. Proprie haec duo aduerbia coniunguntur, si de *arte musica* sermo sit, quod egregie docuit *Lamb. Bosius* in Obss. Miscc. p. 109. nec non Celeb. *Ioh. Alberti* in Obss. Philol. Quodsi placeat hac metaphora vti in explicando loco nostro, haud difficilis intellectu est comparatio.

πάλαι) h. e. *priscis temporibus inde a mundo condito*, vti *Iudae v. 4.* Sic Alexandrini verterunt לְמֵרָחוֹק *Es. XXXVII, 26.* Vnde Deus vocatur παλαιὸς ἡμερῶν, quasi ὁ τῶν πάλαι ἡμερῶν, *qui erat in principio rerum, antequam conderet vniuersum, ab aeterno. Dan. VII, 9. 13. 22.*

τοῖς πατράσιν) πατριάρχαι proprie vocantur duodecim filii Iacobi, vid. *Act. VII, 8. 9.* quibus etiam adnumerantur Iacobus ipse, Isaacus, Abrahamus, eorumque maiores vsque ad Adamum; Qui omnes πατέρες vocantur ab Alexandrinis *Michae VII, 20.* in hebr. est: אָבוֹת Sed in loco nostro praeter *patriarchas*, (quos iactabant Iudaei, quorumque adeo numerum inire solebant veteres, vti constat e *Iudae v. 14.*) complectitur quoque omnes quotquot temporibus prophetarum singulari pietate illustres fuere gentis Iudaicae auctores. Sic Paullus quoque ad *Rom. VIIII, 4. 5.* dixit πατέρες, plerorumque nomina refert Genealogia Christi.

ἐν τοῖς προφήταις) h. e. *per prophetas.* Sic ἐν ex hebraismo pro διὰ, quod legitur v. c. *Luc. I, 70.* respondet ב praefixo hebraeorum, quod ἐν vertunt Alexandrini *2 Sam. XXIII, 2.* adde *Gal. I, 16.* vbi idem plane est hebraismus. conf. *Leusdenus de Dialectis N. T. p. n. 41.* Ad hos prophetas pertinent quoque omnes V. T. scriptores, vid. *Luc. XVI, 29.*

ἐπ' ἐσχάτȣ τῶν ἡμερῶν τȣ́των) Est phrasis hebraizans, באחרית הימים quod Alexandrini vertunt: ἐπ' ἐσχάτȣ τῶν ἡμερῶν, *Num. XXIV*, *14. Ezech. XXXVIII, 16. quibus opponitur* מִימֵי קֶדֶם *Es. XXXVII, 26.* Alex: ἐξ ἡμερῶν ἀρχαίων. Lectio ἐσχάτΩΝ est glossa difficilioris illius, nata e more loquendi alias vsitato scriptoribus sacris, v. c. Lucae *Act. II, 17.* Sed similis constructio genitiui est *Ebr. II, 15.* διὰ παντὸς τȣ̃ ζῆν. Atque ostendit ni fallor, locus noster, Paullum hic vti sexcentis aliis locis sequi genus scribendi Alexandrinorum. Iohannes dixit ἐσχάτη ὥρα *1 Ioh. II, 18.* Est praeterea locus *2 Pet. III, 3.* vbi quoque dicitur: ἐπ' ἐσχάτΟΥ τῶν ἡμερῶν sed longe alio sensu. Caeterum ἐλλείπει vox μέρος.

ἐν υἱῷ) ἐν vti ב praefixum potest *in* et *per* notare. Et in Iesu Christo vtrumque locum habet: Nam ὁ Θεὸς ἦν ἐν χριςῷ κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ. Filius summus erat testis.

v. 2.

ὃν ἔθηκε) i. q. ὃν κατέςησε; sic hebr. שׂוּם vertitur καταςῆσαι ab Alexandr. *1 Sam. X, 19.* de *rege constituendo. Gen. XLV, 9.* idem verbum hebr. verterunt: ποιῆσαι sed *Es. LX, 15.* וְשַׂמְתִּיךָ *et reddam te*, vertunt: θήσω σε. Hesychius: ἔθηκεν, ἐποίησεν. De re confer *Eph. III, 11.*

κληρονόμον) i. e. *dominum;* Sic verbum κληρονομεῖν significat *potiri, possidere Apoc. XXI, 7.* ὁ νικῶν κληρονομήσει πάντα (rectius legitur: ταῦτα) per hebraismum; Nam sic Alexandrini Hebraicum יָרַשׁ verterunt κληρονομεῖν *Gen. XV, 7. 8.* Deus loquitur Abrahamo: Ἐγὼ ὁ Θεὸς ὁ ἐξαγαγών σε ἐκ χώρας Χαλδαίων, ὥςε δȣ̃ναί σοι τὴν γῆν ταύτην κληρονομῆσαι; i. e. *vt tibi darem hanc terram in possessionem.*

πάντων) i. e. *vniuersi*, cuius rex est Iesus. de significatione verborum: τὰ πάντα dicam copiosius ad v. 3.

τȣ̀ς αἰῶνας) alia phrasis hebraizans, quae etiam *vniuersum* denotat. Sic quoque *Ebr. XI, 3.* κατηρτίσθαι τȣ̀ς αἰῶνας ῥήματι Θεȣ̃· Sed ne τȣ̀ς αἰῶνας videatur abhorrere a dictione Paulli, cauet alia eiusdem Apostoli formula: πρὸ τῶν αἰώνων, i. e. *ante mundum conditum, 1 Cor. II, 7.* Quemadmodum *sapientia* ait apud *Siracidem XXIIII, 9.* πρὸ τȣ̃ αἰῶνος ἀπ' ἀρχῆς ἔκτισέ με, καὶ ἕως αἰῶνος ȣ̓ μὴ ἐκλίπω. Scilicet Hebraicum עוֹלָם et *tempus mundi*, et *mundum* ipsum notat; vnde phrasis מֵעוֹלָם quam Alexandrini vertunt ἀπ' αἰῶνος, *Gen. VI, 4.* notat: *inde a mundo condito;* eodem sensu est מִן־הָעוֹלָם *Ioel. II, 2.* Alexandrini: ἀπὸ τȣ̃ αἰῶνος. Vnde petitae sunt in N. T. phrases ἀπ' αἰῶνος *Luc. I, 70.* et ἐκ τȣ̃ αἰῶνος, *Ioh. VIIII, 32.* Caeterum quae hoc atque sequenti versiculo de filio Dei refert Paullus,

lus, breuius ediſſeruit ad *Col. I, 15. 16.* ita, vt facile appareat vtriusque loci eundem eſſe auctorem.

v. 3.

ἀπαύγασμα τῆς δόξης) Haec phraſis non legitur in ipſa Alexandrinorum verſione, neque omnino in libris veteris Teſtamenti, ſed petita eſt e libro Apocrypho, qui inſcribitur *Sapientia Salomonis, VII, 24. 25.* quemadmodum aliae ſententiae permultae huius Epiſtolae, quas ſuo loco indicabimus. Verba auctoris libri ſapientiae haec ſunt: Ἀτμὶς γάρ ἐστι (ſcil. ἡ σοφία v. 22. 24.) τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, καὶ ἀπόῤῥοια τῆς τοῦ παντοκράτορος ΔΟ΄ΞΗΣ εἰλικρινής· διὰ τοῦτο οὐδὲν μεμιαμμένον εἰς αὐτὴν παρεμπίπτει. ἈΠΑΥ΄ΓΑΣΜΑ γάρ ἐστι φωτὸς ἀϊδίου, καὶ ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας; καὶ εἰκὼν (repetit Paullus *Col. I, 15.*) τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ. ἀπαύγασμα exprimit *perfectiſſimam ſimilitudinem*, qualis eſt Iridis aut ſolis repercuſſi, vnde ducitur metaphora, conf. Alexandrini *Ezech. I, 26-28.* Itaque ſenſus eſt: *qui eius maieſtatem perfectiſſime refert*, quaſi eſſet: ἀπαύγασμα τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ, vti *Clemens* ait *ad Corinth. p. 47.*

καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ) Allegoria. *qui ſimillimus eſt naturae patris;* nam vt ait *Philo* in libro *de mundo:* αὐγὴ καθ᾽ ἑαυτὴν ὑπόστασιν οὐκ ἔχει. Heſychius: χαρακτὴρ, ὁμοίωσις, quod bene conuenit huic loco. Sic quoque de *legatis*, qui referunt perſonam Domini, Aquila dixit alicubi χαρακτὴρ, vbi in Hebr. erat ציר quod *legatum* ſignificat. Similiter de Ieſu Chriſto, legato Dei dicitur: *Exod. XXIII, 21.* τὸ γὰρ ὄνομά μου ἐστὶν ἐπ᾽ αὐτῷ h. e. *Eſt enim eiusdem mecum naturae.*

φέρων) Clamat hic *Grotius*, φέρειν ſolum ad *imperium* pertinere, minime vero ad *conſeruationem;* eſſe igitur *regere*. Sed haec phraſis primum quidem eſt hebraizans, quod non nego, fere vti נָשָׂא *Num. XV, 14.* et *Deut. I, 9.* quod Alexandrini bis vertunt: φέρειν. Attamen in vtroque loco non tantum ſignificat *praeeſſe*, ſed etiam: *ſuſtinere, ſuſtentare.* Nam populus carnes poſtulauerat, quum diceret Moſes: οὐ δυνήσομαι ἐγὼ μόνος φέρειν τὸν λαὸν τοῦτον. Praeterea eandem rem alio loco *Act. XVII, 25. 28.* idem Paullus ſic expreſſit: ἐν αὐτῷ ζῶμεν, καὶ κινέμεθα, καὶ ἐσμέν. Quamquam φέρειν multo eſt ſublimius. Appoſita eſt gloſſa *Chryſoſtomi*, qui φέρων interpretatus eſt: κυβερνῶν, διαπίπτοντα συγκρατῶν, τὰ εἰς τὸ μὴ εἶναι μέλλοντα ἀναχωρεῖν, συνέχων, καὶ συνάπτων πρὸς ἄλληλα διαστασιάζοντα. Sic graece *fatum* dicitur τὸ φέρον, quaſi: *quod omnibus imperet, cunctaque ſuſtentet, Anthol. I. in Pallada p. 29. ed. Vuechel.* Similiter e Latinis *Seneca Ep. 31. Deus ille maximus potentiſſimusque ipſe* VEHIT

ἐπ᾽ ἐσχάτȣ τῶν ἡμερῶν τȣ́των) Est phrasis hebraizans, באחרית הימים quod Alexandrini vertunt: ἐπ᾽ ἐσχάτȣ τῶν ἡμερῶν, *Num. XXIV*, *14. Ezech. XXXVIII, 16. quibus opponitur* מימי קדם *Es. XXXVII, 26.* Alex: ἐξ ἡμερῶν ἀρχαίων. Lectio ἐσχάτΩΝ est glossa difficilioris illius, nata e more loquendi alias vsitato scriptoribus sacris, v. c. Lucae *Act. II, 17.* Sed similis constructio genitiui est *Ebr. II, 15.* διὰ παντὸς τȣ̃ ζῆν. Atque ostendit ni fallor, locus noster, Paullum hic vti sexcentis aliis locis sequi genus scribendi Alexandrinorum. Iohannes dixit ἐσχάτη ὥρα *1 Ioh. II, 18.* Est praeterea locus *2 Pet. III, 3.* vbi quoque dicitur: ἐπ᾽ ἐσχάτΟΥ τῶν ἡμερῶν sed longe alio sensu. Caeterum ἐλλείπει vox μέρος.

ἐν υἱῷ) ἐν vti ב praefixum potest *in* et *per* notare. Et in Iesu Christo vtrumque locum habet: Nam ὁ Θεὸς ἦν ἐν χριςῷ κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ. Filius summus erat testis.

V. 2.

ὃν ἔθηκε) i. q. ὃν κατέςησε; sic hebr. שום vertitur καταςῆσαι ab Alexandr. *1 Sam. X, 19. de rege constituendo. Gen. XLV, 9.* idem verbum hebr. verterunt: ποιῆσαι sed *Es. LX, 15.* וְשַׂמְתִּיךְ *et reddam te*, vertunt: Θήσω σε. Hesychius: ἔθηκεν, ἐποίησεν. De re confer *Eph. III, 11.*

κληρονόμον) i. e. *dominum;* Sic verbum κληρονομεῖν significat *potiri, possidere Apoc. XXI, 7.* ὁ νικῶν κληρονομήσει πάντα (rectius legitur: ταῦτα) per hebraismum; Nam sic Alexandrini Hebraicum ירש verterunt κληρονομεῖν *Gen. XV, 7. 8.* Deus loquitur Abrahamo: Ἐγὼ ὁ Θεὸς ὁ ἐξαγαγών σε ἐκ χώρας Χαλδαίων, ὥςε δȣ̃ναί σοι τὴν γῆν ταύτην κληρονομῆσαι; i. e. *vt tibi darem hanc terram in possessionem.*

πάντων) i. e. *vniuersi*, cuius rex est Iesus. de significatione verborum: τὰ πάντα dicam copiosius ad v. 3.

τȣ̀ς αἰῶνας) alia phrasis hebraizans, quae etiam *vniuersum* denotat. Sic quoque *Ebr. XI, 3.* κατηρτίσθαι τȣ̀ς αἰῶνας ῥήματι Θεȣ̃· Sed ne τȣ̀ς αἰῶνας videatur abhorrere a dictione Paulli, cauet alia eiusdem Apostoli formula: πρὸ τῶν αἰώνων, i. e. *ante mundum conditum, 1 Cor. II, 7.* Quemadmodum *sapientia* ait apud *Siracidem XXIIII, 9.* πρὸ τȣ̃ αἰῶνος ἀπ᾽ ἀρχῆς ἔκτισέ με, καὶ ἕως αἰῶνος ȣ̓ μὴ ἐκλίπω. Scilicet Hebraicum עולם et *tempus mundi*, et *mundum* ipsum notat; vnde phrasis מעולם quam Alexandrini vertunt ἀπ᾽ αἰῶνος, *Gen. VI, 4.* notat: *inde a mundo condito;* eodem sensu est מן־העולם *Ioel. II, 2.* Alexandrini: ἀπὸ τȣ̃ αἰῶνος. Vnde petitae sunt in N. T. phrases ἀπ᾽ αἰῶνος *Luc. I, 70.* et ἐκ τȣ̃ αἰῶνος, *Ioh. VIIII, 32.* Caeterum quae hoc atque sequenti versiculo de filio Dei refert Paullus,

lus, breuius edisseruit ad *Col. I, 15. 16.* ita, vt facile appareat vtriusque loci eundem esse auctorem.

v. 3.

ἀπαύγασμα τῆς δόξης) Haec phrasis non legitur in ipsa Alexandrinorum versione, neque omnino in libris veteris Testamenti, sed petita est e libro Apocrypho, qui inscribitur *Sapientia Salomonis, VII, 24. 25.* quemadmodum aliae sententiae permultae huius Epistolae, quas suo loco indicabimus. Verba auctoris libri sapientiae haec sunt: Ἀτμὶς γάρ ἐστι (scil. ἡ σοφία v. 22. 24.) τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, καὶ ἀπόῤῥοια τῆς τοῦ παντοκράτορος ΔΟΞΗΣ εἰλικρινής· διὰ τοῦτο οὐδὲν μεμιαμμένον εἰς αὐτὴν παρεμπίπτει. ΑΠΑΥΓΑΣΜΑ γάρ ἐστι φωτὸς ἀϊδίου, καὶ ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας, καὶ εἰκὼν (repetit Paullus *Col. I, 15.*) τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ. ἀπαύγασμα exprimit *perfectissimam similitudinem*, qualis est Iridis aut solis repercussi, vnde ducitur metaphora. conf. Alexandrini *Ezech. I, 26-28.* Itaque sensus est: *qui eius maiestatem perfectissime refert*, quasi esset: ἀπαύγασμα τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ, vti *Clemens* ait *ad Corinth. p. 47.*

καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ) Allegoria. *qui simillimus est naturae patris;* nam vt ait *Philo* in libro *de mundo*: αὐγὴ καθ' ἑαυτὴν ὑπόστασιν οὐκ ἔχει. Hesychius: χαρακτὴρ, ὁμοίωσις, quod bene conuenit huic loco. Sic quoque de *legatis*, qui referunt personam Domini, Aquila dixit alicubi χαρακτὴρ, vbi in Hebr. erat ציר quod *legatum* significat. Similiter de Iesu Christo, legato Dei dicitur: *Exod. XXIII, 21.* τὸ γὰρ ὄνομά μου ἐστὶν ἐπ' αὐτῷ h. e. *Est enim eiusdem mecum naturae.*

φέρων) Clamat hic *Grotius*, φέρειν solum ad *imperium* pertinere, minime vero ad *conseruationem;* esse igitur *regere*. Sed haec phrasis primum quidem est hebraizans, quod non nego, fere vti נָשָׂא *Num. XV, 14.* et *Deut. I, 9.* quod Alexandrini bis vertunt: φέρειν. Attamen in vtroque loco non tantum significat *praeesse*, sed etiam: *sustinere, sustentare.* Nam populus carnes postulauerat, quum diceret Moses: οὐ δυνήσομαι ἐγὼ μόνος φέρειν τὸν λαὸν τοῦτον. Praeterea eandem rem alio loco *Act. XVII, 25. 28.* idem Paullus sic expressit: ἐν αὐτῷ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν· Quamquam φέρειν multo est sublimius. Apposita est glossa *Chrysostomi*, qui φέρων interpretatus est: κυβερνῶν, διαπίπτοντα συγκρατῶν, τὰ εἰς τὸ μὴ εἶναι μέλλοντα ἀναχωρεῖν, συνέχων, καὶ συνάπτων πρὸς ἄλληλα διαστασιάζοντα. Sic graece *fatum* dicitur τὸ φέρον, quasi: *quod omnibus imperet, cunctaque sustentet, Anthol. I. in Pallada p. 29. ed. Vuechel.* Similiter e Latinis *Seneca Ep. 31.* *Deus ille maximus potentissimusque ipse* VEHIT

omnia nec non est apud *Val. Max. II, 8, 5. humeris* GESTARE *salutem patriae.* Sic quoque e Gallis meis *BOILEAU* vsus est verbo Francogallico *soutenir*, in Elogio regis Franciae:

Jeune et vaillant Héros, dont la haute sagesse
N'est point le fruit tardif d'une lente vieillesse,
Et qui seul, sans Ministre, à l'exemple des Dieux
Soutiens tout par Toi-même, et vois tout par tes yeux.

τὰ πάντα) *omnes res creatas, vniuersum.* phrasis sublimis: φέρων τὰ πάντα, cui similis est illa Alexandrinorum *Iob. VIII, 3* vbi hebraicum שַׁדַּי elegantissime vertunt: ὁ τὰ πάντα ποιήσας, *creator vniuersi.* Sic quoque *Apoc. IIII, 11.* ἔκτισας τὰ πάντα. Graeci dicebant τὸ πᾶν, vt in notissima sententia: ἓν τὸ πᾶν.

τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ) Si hebraismum inesse existimes, dictum est pro: τῷ ῥήματι δυνατῷ αὐτοῦ, quales constructiones saepe in Alexandrina versione reperiet diligens lector. Sed malim equidem substantiui δυνάμεως propriam vim conseruari, quod mihi multo videtur sublimius: *verbo omnipotentiae sustentare omnia*, quemadmodum latine dicitur: *Cuncta supercilio mouere.* Sustentat vero atque conseruat Deus omnia ῥήματι, quemadmodum ῥήματι omnia creauerat, *Ebr. XI, 3.*

δι' ἑαυτοῦ) Suo sanguine, non alieno. Ergo vere erat Messias. Nam vaticinium *Es. LIII, 5.* habebat: ΑΥΤΟΣ δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν.

ἐκάθισεν) scil. ἑαυτόν. Vere *actiuum* Deo patri tribuitur *Eph. I, 20.* καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις *collocauit eum a dextra sua in coelis.* Quod ne quis neget, innitor praecedenti ἐνήργησεν et sequenti v. 22. ὑπέταξεν. Sed additur ἑαυτὸν, quoties significat *consedit* v. c. ab Aeli. Var. Hist. IV, 22. ἵνα μὴ καθίζωσιν ἑαυτοὺς εἰκῇ, καὶ ὡς ἔτυχε. In Nouo Testamento vero saepe verba *actiua* sunt pro *mediis*, sine pronomine, more Alexandrinorum. videatur exemplum verbi καθίζειν Gen. XXXVIII, 14.

ἐν δεξιᾷ) qui est locus a rege princeps, vide *Ps. XLV, 9.* Illustre est exemplum Bathsebae, *1 Reg. II, 19.* καὶ ἐτέθη θρόνος τῇ μητρὶ τοῦ βασιλέως, καὶ ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ·

τῆς μεγαλωσύνης) Nomen Deo reuerenter dari consuetum apud Iudaeos, vti Hebr. כָּבוֹד quod δόξαν interpretantur Alexandrini, saepe legitur in Vet. Testamento. Sic quoque δύναμις *Matth. XXVI, 64.* ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως. additur τοῦ θεοῦ *Luc. XXII, 69.* conf. *Ebr. VIII, 1.*

ἐν

ἐν ὑψηλοῖς) i. e. *in coelo, Ebr. VIII, 1.* hebraice: בַּמְּרוֹם quod ἐν ὑψηλοῖς verterunt Alexandrini *Ps. XCIII, 4.* adde *Es. XXXIII, 5.* alias dicitur: ἐν ὑψίστοις, vti *Luc. II, 14.*

v. 4.

παρ' αὐτοὺς) *prae illis*, cum comparatiuo coniunctum denotat excellentiam insignem, vti *Hebr. III, 3. Luc. XIII, 2.* est hebraismus de quo plura dicentur ad *Ebr. II, 7.*

v. 5.

τίνι - ποτὲ) i. e. *cui enim tandem*, vti τίσι ποτὲ λόγοις sub initium *Mem. Socr. Xenophontis*, quibus *tandem* argumentis, conf. ibi *S. R. Ioh. Aug. Ernestii* notae. Sic quoque initio *Char. Theophrasti*: τί γὰρ δήποτε συμβέβηκεν ἡμῖν, *quae tandem caussa sit, cur* etc. vide quae ad istum locum notauimus. Caeterum vterque locus Veteris Testamenti iisdem verbis legitur in Versione Alexandrina.

εἰς) Grotius explicat: *vice*, pessime. Est enim Hebraismus. Nam exprimit ל praefixum, in Versione Alexandrina *2 Sam. VII, 14.*

v. 6.

καὶ - θεοῦ) Locus in versione Alexandrina extat *Deut. XXXII, 43.* transscriptus vti videtur e *Ps. XCVII, 7.* vnde excitat Paullus, quemadmodum aliis quoque in locis singula Alexandrinorum verba retinet.

v. 7.

πρὸς) h. l. significat *de*, vti *Luc. XIX, 9.* Sic *Rom. X, 21.* πρὸς τὸν Ἰσραὴλ, i. e. *de Israële* dicit etc. adde *Luc. XX, 19.* Quamquam scriptores graeci bonae notae similiter vtantur hac praepositione, vti ostendit Vuittichius in notis ad locum nostrum p. 33. videtur mihi tamen hebraismum redolere, cuius vestigia nondum inueni.

πυρὸς φλόγα) Alexandrini *Ps. CIIII, 4.* πῦρ φλέγον. Caetera concordant. Insaniunt vero, qui ita interpretantur hunc locum: *Ventis atque flammis angelorum s. ministrorum Dei nomen tribui.* Nam de *geniis* dici, docet authentica interpretatio Apostoli. Sed ante πνεύματα et πυρὸς φλόγα intellige ὡς, vti in prooemio *Theophr. Char.* οἷς (ὡς) παραδείγμασι χρώμενοι, conf. ibi notae *Celeb. Fischeri.*

v. 8.

τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος) Vterque articulus abest a Vers. Alex.

ῥάβδος εὐθύτητος) i. e. *sceptrum rectum, iusta imperii administratio, Ps. XLV, 6.* Inuersa persona dicitur *Cant. I, 4.* εὐθύτης ἠγάπησέ σε.

v. 9.

ἔλαιον ἀγαλλιάσεως) i. e. *vnxit Te, vnctione Spiritus S. de qua laetabuntur omnes homines*, conferatur omnino praeter locum Psaltis, *Es. LXI, 1-3.* vbi eadem phrasis שֶׁמֶן שָׂשׂוֹן *Psalmo XLV, 7.* ἔλαιον ἀγαλλιάσεως reddita, vertitur: ἄλειμμα εὐφροσύνης. Adde *Cant. I, v. 3. 4.* ad confirmandam interpretationem nostram: Καὶ ὀσμὴ μύρων σου (sermo est de Christo sponso) ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματα, - διὰ τοῦτο νεάνιδες ἠγάπησάν σε· εἵλκυσάν σε· ὀπίσω σου εἰς ὀσμὴν μύρων σου δραμοῦμεν. εἰσήνεγκέ με ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ταμεῖον αὐτοῦ. ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν σοί. Haec *vnctio* Christi *per Spiritum S.* erat *antitypus olei*, quo in V. T. *sacerdotes Exod. XXVIIII, 7. reges* atque *prophetae* ad munus adeundum vngebantur, qui deinde vocantur μέτοχοι Iesu Christi qua vmbram muneris. Inepte *Symmachus* ἑταίρους.

v. 10.

Κύριε) Is igitur est Christus. Caeterum hic nulla vox respondet in textu hebraico *Ps. CII, 26*, Sed sequutus est Paullus Alexandrinos, qui repetunt vocem Κύριε e v. 23. eiusdem Psalmi, vbi יְהוָה est in fontibus.

κατ᾽ ἀρχὰς) *In principio*, sic eleganter verterant Alexandrini difficillimum hebraismum לְפָנִים quod probarunt Paullo. Atque recte sic verti facile apparet ex *Deut. II, 10. 12. 20.* vbi ter omnino legitur vox illa, quam bis τὸ πρότερον, semel per adiectiuum πρότεροι, elegantissime verterunt Alexandrini.

v. 11.

καὶ πάντες ἀλλαγήσονται) *Et omnes* scil. coeli v. 10. *tanquam vestis deterentur*, comparantur enim coeli vestibus et vestis Dei appellantur *Ps. CIIII, 12.* ἀναβαλλόμενος (Deus) φῶς ὡς ἱμάτιον, ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέῤῥιν, quos nunc quidem expandit vt pellem; Deinde vero *complicabis instar vestimenti, et mutabuntur.* ἑλίσσειν et ἐκτείνειν opposita sunt. περιβόλαιον vero et δέῤῥιν sibi respondent. Locus ducitur e versione Alexandrina *Ps. CII, 26 sqq.* Idemque vaticinium edidit Iohannes *Apoc. VI, 14.* Ἑλίσσω *est complico.* In *Psalmo CII.* respondet τῷ ἑλίξεις et ἀλλαγήσονται חָלַף in fontibus, *et praeterire facies eos*, (coelos, vti *Petrus Ep. 2. C. III, 10.* ait: οἱ οὐρανοὶ ῥοιζηδὸν παρελεύσονται) i. e. *complicabis*, quicquid enim complicatur, aut plane euanescit oculisque subtrahitur, aut certe minori forma conspicitur. Similiter explicari debet ex his Psalmi verbis *Apoc. VI, 14.* Καὶ ὁ οὐρανὸς ἀπεχωρίσθη ὡς βιβλίον ἑλισσόμενον, i. e. *remotum s. sublatum est coelum veluti liber qui complicatur.* Caeterum

in

in loco nostro ad *Ebraeos* pro ἑλίξεις quidam probante *Bengelio* habent ἀλλάξεις, male. Nam bene recteque dici ἑλίξεις, docet locus, quem attuli ex Apocalypsi. Accedit porro Alexandrinorum auctoritas, quos semper sequitur Paullus. Immo ἑλίξεις quoniam intellectu paullo difficilius est, facile potuit mutari in glossema facilius: ἀλλάξεις. Hesychius: ἑλιττόμενος, στρεφόμενος.

v. 12.

ὁ αὐτὸς) הוא quod sic verterant Alexandrini; scilicet *qua naturam*, sequitur deinde *aeternitas*.

ὀυκ ἐκλείψουσι) sic vertitur hebr. לא יִתָּמּוּ *non absoluentur*, i. e. nunquam deficient, quod expressere Alexandrini. Similiter vertitur עָטַף *Ps. CVII, 5.* ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἐν αὐτοῖς ἐξέλιπε; Vnde explicari debet *Luc. XVI, 9.* ὅταν ἐκλίπητε, *quando moriemini.*

v. 13.

πρὸς τίνα ποτὲ) i. e. *cui tandem.* Caue, existimes ποτὲ vertendum esse *vnquam*. Est enim admirantis exclamatio, quae in hac phrasi fortius negat, vt *Ebr. I, 5.* vide quae ibi notauimus.

ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου) i. e. *Donec subiiciam pedibus tuis hostes tuos omnes*, vti est apud *Virgilium, Georg. II, 492.*

Felix qui potuit rerum cognoscere caussas,
Atque metus omnes et inexorabile fatum
Subiecit pedibus, strepitumque Acherontis auari.

Verba Apostoli repeti debent e Versione Alexandrina *Ps. CX, 1.* Sed formula θεῖναι ὑποπόδιον τῶν ποδῶν, quam hebraicam esse, non opus est demonstrare, proprie ducitur a more eorum, *qui antiquissimis temporibus hostes bello vicerant.* Qua de re locus classicus est *Ios. X, 24.* καὶ ἐπὶ ἐξήγαγον αὐτοὺς (quinque reges bello victos) πρὸς Ἰησοῦν, καὶ συνεκάλεσεν Ἰησοῦς πάντα Ἰσραὴλ, καὶ τοὺς ἐναρχομένους τοῦ πολέμου, τοὺς συμπορευομένους αὐτῷ, λέγων αὐτοῖς, προπορεύεσθε καὶ ἐπίθετε τοὺς πόδας ὑμῶν ἐπὶ τοὺς τραχήλους αὐτῶν. Sic Adonisedecus rex Hierosolymorum, iactat *Iud. I, 7.* ἑβδομήκοντα βασιλεῖς τὰ ἄκρα τῶν χειρῶν αὐτῶν καὶ τὰ ἄκρα τῶν ποδῶν αὐτῶν ἀποκεκομμένοι, ἦσαν συλλέγοντες τὰ ὑποκάτω τῆς τραπέζης μου· Vnde petitae sunt phrases innumerae Veteris atque Noui Testamenti, v. c. illud *Ps. XCI, 13.* Ἐπ' ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ, καὶ καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα. Cui similis est formula: καταπατῆσαι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ i. e. *foedissime habere*, quae extat *Ebr. X, 29.* ad quem locum plura e graecis quoque scriptoribus notabimus.

v. 14.

λειτεργικὰ) λειτουργοὶ vocantur *Ps. CIII, 21.*

Ad Capitis II. v. 1.

παραῤῥυῶμεν) Huc pertinet Glossa *Hesychii:* παραῤῥυῶμεν, ἐξολισθῶμεν, i. e. *prolabamur.* *Suidas* interpretatur παραπέσωμεν, nam sic quoque *Hesychius:* παραρυόμενον, παραπεσόμενον. *Chrysostomus* denique μὴ ἐκπέσωμεν. ita enim eleganter Graeci vtuntur verbo ἐκπίπτειν. Apposite Scholiastes *Epicteti ad Ench. c. XXIIII. p. m. 208.* τὸ κακὸν ἐκ ἔχει ἰδίαν ὑπόςασιν, ἀλλ᾽ ἔκπτωσίς ἐςι τἒ καλἒ. Sic ἐκτὸς βαίνειν τῶν νόμων legitur in *Platonis Protagora:* ὡς δὲ καὶ ἡ πόλις νόμες ὑπογράψασα, ἀγαθῶν καὶ παλαιῶν νομοθετῶν εὑρήματα, κατὰ τέτες ἀναγκάζει καὶ ἄρχειν, καὶ ἄρχεσθαι· ὃς δ᾽ ἂν ἐκτὸς βαίνῃ τέτων, κολάζει. quod imitatus est *Ioseph. Antt. Iud. Prooem. §. 4.* πάντων πατήρ τε καὶ δεσπότης ὢν, καὶ πάντα ἐπιβλέπων, τοῖς μὲν ἑπομένοις αὐτῷ δίδωσιν εὐδαίμονα βίον, τὲς ἔξω δὲ βαίνοντας ἀρετῆς, μεγάλαις περιβάλλει συμφοραῖς. *Grotius* verbum παραῤῥυῶμεν docere putat, quod tota epistola Paullo tribui nequeat. Sed constat Paullum vbique premere vestigia Alexandrinorum. Atqui legitur haec vox *Prou. III, 21.* eodem sensu, υἱὲ, μὴ παραῤῥυῇς, τήρησον δὲ ἐμὴν βελήν· In fontt. לוז *recedere*, metaph. *aberrare*, *a via deflectere*, quemadmodum aqua diffluens.

v. 2.

δι᾽ ἀγγέλων) Non: per *prophetas, doctores atque sacerdotes V. T.*, quod placuit *Heinsio*, nec non *Oleario* in *Analysi Ep. ad Hebr. p. 11.* sed: per *angelos;* quod constat v. c. *de lege* ex *Gal. III, 19.* Τί ἒν ὁ νόμος; τῶν παραβάσεων χάριν προσετέθη, ἄχρις ἒ ἔλθῃ τὸ σπέρμα ᾧ ἐπήγγελται, διαταγεὶς δι᾽ ἀγγέλων, ἐν χειρὶ μεσίτε. *conf. Deut. XXXIII, 2.* Videtur autem hoc contineri tubae clangore, vocibus editis, et tempestate subito effecta, vid. *Exod. XVIIII, 13.* coll. *v. 19.* Sic olim apparuerat Messias Abrahamo, comitantibus duobus angelis, atque promiserat Patriarchae Isaacum filium, *Gen. XVIII, 2.* coll. *17. 33. XVIIII, 1.* Sed Paullus maxime de angelis promulgandae legis ministris loquitur, quod docent verba quae sequuntur, vsque ad *v. 9.* Confirmatur haec sententia loco simili, qui est *Ebr. XII, 18. 19. 22. 23. 24.*

v. 3.

πῶς ἡμεῖς ἐκφευξόμεθα) *quomodo nos elabemur?* Sic φεύγειν *Ebr. XII, 25.* εἰ γὰρ ἐκεῖνοι ἐκ ἔφυγον, τὸν ἐπὶ γῆς παραιτησάμενοι χρηματίζοντα, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς οἱ τὸν ἀπ᾽ ἐρανῶν ἀποςρεφόμενοι. Eodem modo *Ef.*

XX, 6.

XX, 6. dicitur: πῶς ἡμεῖς σωθησόμεθα. Potest quoque verti: *quomodo nos absoluemur*, vt sit graecismus. Sed prius praefero.

v. 6.

τὶς) Is vero est *Dauides* rex *Ps. VIII, 5.* puta: προφήτης ex *Ebr. I, 1.*

ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ) i. e. *quod cures eum* vti hebraicum: כִּי־תִזְכְּרֶנּוּ

ἐπισκέπτῃ) *opem feras, adiuues.* vti hebraicum פָּקַד *Ps. VIII, 5.* Neque enim in eiusmodi locis ἐπισκέπτεσθαι simpliciter notat *visere*, sed *visere benefaciendi caussa*, h. e. *succurrere, opem ferre.* Vnde notat *adiuuare orbos parentibus atque maritis Iac. I, 27.* Θρησκεία καθαρὰ καὶ ἀμίαντος παρὰ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, αὕτη ἐστὶν, ἐπισκέπτεσθαι ὀρφανοὺς καὶ χήρας ἐν τῇ θλίψει αὐτῶν, quod non verbis, sed re absoluitur, vide *Iac. II, 15. 16.* Ex quo loco intelligitur etiam, quid significet hoc verbum *Matth. XXV, 36.* ἠσθένησα, καὶ ἐπεσκέψασθέ με, i. e. *succurristis mihi.*

v. 7.

παρ' ἀγγέλους) Sic verterunt Alexandrini מֵאֱלֹהִים *Ps. VIII, 6.* h. e. *magis quam angelos.* Quo sensu παρὰ exprimit מִן praefixum hebraeorum. plura exempla vide supra ad *Ebr. I, 4.*

v. 9.

γεύσηται θανάτου) i. e. *vitam poneret.* est hebraismus frequens in Nouo Testamento, vid. *Matth. XVI, 28. Marc. VIIII, 1. Ioh. VIII, 52.* Similes locutiones sunt θεωρεῖν θάνατον *Ioh. VIII, 51.* ἰδεῖν θάνατον *Luc. II, 26. Ebr. XI, 5.* Exemplum huius hebraismi est apud Alexandrinos *Ps. LXXXVIIII, 49.* οὐκ ὄψεται θάνατον hebr. לֹא יִרְאֶה־מָּוֶת

v. 10.

ἔπρεπε) *conueniens erat maiestati diuinae.* allusio ad vocem μεγαλοπρέπεια *Ps. VIII, 1.* apud Alexandrinos.

αὐτῷ) τῷ θεῷ intellige e *v. 9.* atque post hanc voculam comma scribi debebat.

δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ δι' οὗ τὰ πάντα) *cuius caussa et per quem factum est vniuersum.* τὰ πάντα *vniuersum* significare ostendi ad *Ebr. I, 3.* Haec verba ad Christum pertinent, vti *Col. I, 16.* τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται. Nam de Deo patre hoc affirmari posse, quis est praeter Atheos, qui neget? siue Iudaeus sit, siue christianae religionis alumnus. Hoc meo quidem iudicio sane otiosum foret.

πολλοὺς υἱοὺς εἰς δόξαν ἀγαγόντα) Si ad Deum patrem referri posset hoc comma, quod sequens articulus videtur forsan suadere, dici debebat: ἀγαγόντι non: ἀγαγόντΑ, propter praecedens ἔπρεπε. Pertinent igitur haec verba ad Christum, vti superiora illa. Caeterum sublimiori et ad

Noui

Noui Foederis praestantiam accommodata formula haec verba continent vim effati *Ies. VIII, 18.* Ἰδȣ̂, ἐγὼ καὶ τὰ παιδία, ἅ μοι ἔδωκεν ὁ θεός. hebr. יְלָדִים.

V. 11.

ἐξ ἑνὸς πάντες) *ab vno genus ducunt;* ἐξ ἑνὸς scil. πατρὸς, siue *Abrahamum* respiciat, ex *Es. LI, 2.* ὅτι ΕΙΣ ἦν, καὶ ἐκάλεσα αὐτὸν, καὶ εὐλόγησα αὐτὸν, siue *Adamum.* Abrahamum malim propter *v. 16.*

V. 12.

Ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σȣ) Annunciabo nomen tuum, i. e. *docebo, qualis tu sis*, s. *tradam doctrinam de te*, ex hebraismo. Quo pertinent phrases *Ioh. XVII, 6.* vbi ὄνομα explicatur per λόγον. adde *Ioh. XVII, 11. 12. 17. 26.* Istud nomen diuinum de cuius vi atque significatione hic agitur, erat nomen foederis יְהוָֹה. Caeterum hebraicum אֲסַפְּרָה verterunt Alexandrini: Διηγήσομαι *Ps. XXII, 22*, pro quo Paullus substituit accommodatius: ἀπαγγελῶ.

V. 13.

ἐγὼ ἔσομαι πεποιθὼς ἐπ' αὐτῷ) Quemadmodum maiores, Abrahamus, Dauides etc.

καὶ πάλιν) *porro*, non: *iterum;* nam haec verba sequuntur superiora illa.

ἰδȣ̀ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία-θεός) Quod illustrare debet verba commatis 10: πολλȣ̀ς υἱȣ̀ς εἰς δόξαν ἀγαγόντα, vti suo loco monuimus.

V. 17.

τὰ πρὸς τὸν θεὸν) i. e. κατὰ τ. π. τ. θ. est graecismus, qui repetitur *Ebr. V, 1.* idemque Paullinus *Rom. XV, 17.* sedes locutionis in versione Alexandrina est *Exodi XVIII, 19.* vbi Iethro Mosi dicit: γίνȣ σὺ δῷ λαῷ τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ ἀνοίσεις τȣ̀ς λόγȣς αὐτῶν πρὸς τὸν Θεόν· Similiter dicitur: τὰ πρὸς εἰρήνην, *Luc. XIIII, 32.*

εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι τὰς ἁμαρτίας τȣ̂ λαȣ̂) *qui expiaret peccata populi.* ἱλάσκεσθαι exprimit vim verbi hebraici כִּפֵּר quod *tegere* atque *expiare* notat. Sedes totius locutionis est in Versione Alexandrina *Leu. V, 6.* καὶ ἐξιλάσεται περὶ αὐτȣ̂ ὁ ἱερεὺς περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτȣ̂, ἧς ἥμαρτε, καὶ ἀφεθήσεται αὐτῷ ἡ ἁμαρτία. adde *v. 10. et 16.* eiusdem capitis. *Hesychius:* ἱλάσκεσθαι, ἐξιλεȣ̂σθαι.

Ad

Ad Capitis III, v. 1.

ἀδελφοὶ ἅγιοι) Est haec formula Paullo familiaris; Sic *Rom. I, 7.* 1 *Cor. I, 2.* de qua cogitare debebat *Grotius*, quum hanc epistolam Lucae potius quam Paulli esse censeret.

v. 2.

τῷ ποιήσαντι αὐτὸν) scil. ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα. In verbo ποιήσαντι non est de *creatione* cogitandum, sed eadem est significatio huius verbi, quae legitur quoque in Versione Alexandrina 1 *Sam. XII, 6.* coll. *v. 8.* vbi pro: ὁ ποιήσας est: ἀπέστειλε. Ergo latine verto *designare*.

ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ) vocatur enim gens Israelitica *familia Iehouae*, vid. quae infra ad *v. 5.* notabuntur.

v. 3.

παρὰ) *magis quam*. de hoc hebraismo vide supra ad *Ebr. I, 4. et II, 7.*

τοῦ οἴκου) Moses ipse erat *pars* τοῦ οἴκου, h. e. *familiae Israëlis*. Christus erat *dominus*.

v. 4.

ὁ δὲ τὰ πάντα κατασκευάσας, Θεός·) *Qui vero vniuersum condidit, Deus sit, necesse est*; debet enim omnipotens esse. (Itaque eleganter Alexandrini שַׁדַּי verterant: ὁ τὰ πάντα ποιήσας. Vide supra dicta ad *Ebr. I, 3.*

v. 5.

πιστὸς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ὡς θεράπων) *fidelis fuit in domo Dei* i. e. *in gente Israelitica regenda, vt seruus.* Singula verba vide in versione Alexandrina *Num. XII, 7.*

εἰς μαρτύριον τῶν λαληθησομένων) i. e. *vt fidem conciliaret dicendis oraculis*, maxime vaticinio de futuro Messia, de quo ait: προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν σου, ὡς ἐμὲ, ἀναστήσει σοι Κύριος ὁ Θεός σου· αὐτοῦ ἀκούσεσθε. vid. *Deut. XVIII, 15.*

v. 6.

οὗ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς) *Ad quam familiam Dei atque Christi nos quoque pertinemus.*

v. 10.

διὸ) Infert apostolus ἐμφατικῶς. Abest a fontt. *Ps. XCV, 10.* vbi προσώχθισα construitur quoque ab Alexandrinis cum τεσσαράκοντα ἔτη.

δὲ) i. q. καὶ, quo expressit Alexandrinus hebraicum ו.

v. 11.

Εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου.) Primum εἰ ex hebraismo dicitur simpliciter, debetque intelligi formula quaedam iurisiurandi, pro

 eius,

eius, qui loquitur, dignitate, hoc loco v. c. *ita Deus sim*, s. *ita viuam*, vti *Ezech. XXXIII, 27.* Τάδε λέγει κύριος κύριος, Ζῶ (ἐγώ), εἰ μὴν οἱ ἐν ταῖς ἠρημωμέναις μαχαίραις πεσοῦνται etc. quod etiam intelligi debet in formula, quae est *Marc. VIII, 12.* Si de hominibus agitur, alia adhibetur formula, v. c. *1 Sam. XXV, 22.* Τάδε ποιήσαι ὁ Θεὸς τῷ Δαυὶδ, καὶ τάδε προσθείη, εἰ ὑπολείψομαι ἐκ πάντων τῶν τοῦ Νάβαλ ἕως πρωῒ οὐροῦντα πρὸς τοῖχον. Caeterum plerumque negat εἰ vti hebr. אם. Itaque οὐ reddunt Alexandrini *Ezech. XXXIII, 11.* μὴ *Gen. XXVI, 29.* Deinde *κατάπαυσις τοῦ Θεοῦ* est *terra quietis a Deo Israelitis promissa*, ἐν ᾗ κατέπαυσεν αὐτοὺς ὁ Θεός. *Ios. I, 13. 15.*

v. 12.

ἐν τῷ ἀποστῆναι) Est Hebraismus. Sic ב Hebraeorum infinitiuo praefigitur. Caeterum manarunt haec verba e Versione Alexandrina *Ier. XVII, 5. 6.* ἐπικατάρατος ὁ ἄνθρωπος, ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον, καὶ στηρίσει σάρκα βραχίονος αὐτοῦ ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἀπὸ κυρίου ἀποστῇ ἡ καρδία αὐτοῦ. Καὶ ἔσται ὡς ἡ ἀγριομυρίκη ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὐκ ὄψεται, ὅταν ἔλθῃ τὰ ἀγαθά.

ἀπὸ θεοῦ ζῶντος) Petita haec sunt e formula iurandi Deo propria: Ζῶ ἐγὼ, quae ad εἰ *v. 11.* intelligi debebat, vti obseruauimus.

v. 14.

ἐάν περ τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως μέχρι τέλους βεβαίαν κατάσχωμεν) contendi debet hoc comma cum sexto extremo. *Chrysostomus* vocem *ὑπόστασις* hac complexus est paraphrasi: *πίστις, δι' ἧς ὑπέστημεν καὶ γεγενήμεθα καὶ συνουσιώθημεν.* optime! Est enim synonymum vocis ἐλπὶς etiam apud Alexandrinos. Nam idem vocabulum תּוֹחֶלֶת quod *spem* atque *fiduciam* notat, vertitur ὑπόστασις, *Ps. XXXIX, 7.* ἐλπὶς *Thren. III, 18.* אָבַד תּוֹחַלְתִּי cuius synonymum אָבְדָה תִּקְוָתָהּ *Ezech. XVIIII, 5.* vertitur: ἀπώλετο ἡ ὑπόστασις αὐτῆς, *periit fiducia eius.* Alia exempla sunt *Ps. LXVIIII, 2. Ruth. I, 12.* Quo sensu vox ὑπόστασις praeter locum nostrum etiam legitur *Ebr. XI, 1. 2 Cor. VIIII, 4. XI, 17.* ἀρχὴ τῆς ὑποστάσεως est *fiducia primitiua*, non Christus, vti somniat Homberg.

v. 15.

ἐν τῷ λέγεσθαι) *Quodsi dicitur.* hebraismus.

v. 17.

ὧν τὰ κῶλα ἔπεσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ) Hoc etiam fortius dicitur. Tota phrasis petita est e *Num. XIIII, 29.* ἐν τῇ ἐρήμῳ ταύτῃ πεσεῖται τὰ κῶλα ὑμῶν. κῶλον quod proprie *artus* significat, exprimit vim hebraici פגר quod *cadauer*, s. *corpus exanime* significat, saepeque κῶλον vertitur ab Alexandrinis.

drinis. Vnde κῶλον etiam de *idolis* dicitur per contemtum, vid. *Leu. XXVI, 30.*

Ad Capitis IIII, v. 4.

εἴρηκε γάρ πȣ) puta: τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ex *Ebr. III, 7.*

v. 7.

ἐν Δαυὶδ) i. e. *per* Dauidem; vide quae de hoc hebraismo diximus supra ad *Ebr. I, 1.* Caeterum in hoc quoque sequutus est Paullus fidem Alexandrinorum, vt verba illa Psalmi XCV. Dauidi tribueret. Nam in textu hebraeo nulla est inscriptio. Sed Alexandrini addidere hanc: Ἆινος ᾠδῆς τῷ Δαυὶδ, vti ad Ps. XCI; quam probarunt Paullo. Tradit *AbenEsra in praefatione ad Psalmos*, Iudaeos omnes Psalmos, qui nomine auctoris careant, Dauidi tribuere; quod an omnino verum sit, nescio. Certe de hoc Psalmo XCV. constat propter auctoritatem Paulli.

v. 11.

ὑποδείγματι - τῆς ἀπειθείας) Similis phrasis apud *Sirac. XXXXIIII, 16.* de Enoco: ἐνὼχ εὐηρέστησε τῷ Θεῷ, καὶ μετετέθη ὑπόδειγμα μετανοίας ταῖς γενεαῖς.

v. 13.

τετραχηλισμένα) Huc pertinet glossa *Hesychii:* τετραχηλισμένα, πεφανερωμένα. Proprie auctore *Phauorino* significat: *pellem victimae a collo in duas partes dissecare et detrahere.* conferantur ad hunc locum omnino *Grotius* atque *Vuittichius.*

v. 16.

τῷ θρόνῳ τῆς χάριτος) pro: τῷ θρόνῳ κυρίȣ, *throno Iehouae*, qui nomen suum יְהוָה interpretatus erat: חֶסֶד וֶאֱמֶת quae verba vertunt Alexandrini: χάρις καὶ ἀλήθεια, vel: ἔλεος καὶ ἀλήθεια; quae quomodo euenerint, dicitur *Ioh. I, 17.* Quo spectant quae sequuntur verba Paulli.

εἰς εὔκαιρον βοήθειαν) *opem opportunam.* conf. εὔκαιρος apud Alexandr. *Ps. CIIII, 27.* Quomodo hoc euenerit per mortem *I. C.* docet Paullus *Rom. V, 6. coll. III, 26.*

Ad Capitis V, v. 3.

διὰ ταύτην) perinde est, siue ad ἀσθένειαν referas, siue per hebraismum pro neutro dictum existimes; nec opus est lectione διὰ ταῦτα. Eiusmodi hebraismi exemplum vide *Matth. XXI, 42.* Λίθον, ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομȣ̃ντες, ἔτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας, παρὰ Κυρίȣ ἐγένετο ἄυτΗ, καὶ ἔςι θαυμαςΗ' ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν. Quod etiam magis mihi placet.

v. 6.

ἐν ἑτέρῳ) *per alium*, is est Dauides auctor Psalmi CX, quem habet inscriptio. In superiori loco e Psalmo II. allato ipse loquitur Deus; vide λαλήσας *v. 5.*

v. 7.

εἰσακουσθεὶς) i. e. *liberatus*, per angelum qui eum corroboraret *Luc. XXII, 43.* Caeterum in hac significatione verbi εἰσακούειν est hebraismus. Sic *2 Chron. XVIII, 31.* וַיהוָה עֲזָרוֹ vertunt Alexandrini: καὶ κύριος εἰσήκουσεν αὐτὸν, pro quo alia exemplaria habent: ἔσωσεν αὐτόν. Similiter *Ps. LIIII, 18.* וַיהוָה יוֹשִׁיעֵנִי vertitur: καὶ κύριος εἰσήκουσέ με.

ἀπὸ τῆς εὐλαβείας) εὐλάβεια est *anxius timor hominis de liberatione solliciti*, quo sensu exprimit hebraicum דְּאָגָה, quod εὐλάβειαν vertunt Alexandrini *Ios. XXII, 24.* cuius vis optime perspici potest e *Ier. XXXXVIIII, 23.* vbi eleganter notat *timorem eorum, qui in mari iactantur* בַּיָּם דְּאָגָה quod inepte verterunt Alexandrini: ἐθυμώθησαν, forsan quod aliter legerunt.

v. 10.

προσαγορευθεὶς) *cognominatus*, vti *2 Macc. XIIII, 37.* Razis dicitur πατὴρ τῶν Ἰουδαίων προσαγορευόμενος. *Hesychius:* προσαγορεύουσι, καλοῦσι.

v. 13.

ἄπειρος λόγου δικαιοσύνης) Quemadmodum hebraei dicunt de infantibus: μὴ γνῶναι ἀγαθὸν, ἢ κακόν. *Es. VII, 16.*

Ad Capitis VI, v. 1.

θεμέλιον καταβαλλόμενοι) *repetentes elementa doctrinae*, i. e. ea, quae iam pridem didicistis, quum doctrinam christianam amplecteremini; de metaphora dicetur ad *Ebr. XI, 11.*

v. 2.

βαπτισμῶν διδαχῆς) Non pertinet ad varios Iudaeorum βαπτισμοὺς, quotquot hoc nomine appellantur, sed est doctrina de vtroque baptismo. Nam Iohannis baptisma, μετανοίας erat, non initiandis christianis sacrum; sed posterius fiebat in nomen Iesu Christi; Quae confirmat omnino *Actor. XVIIII, 2-5.* Atque de hoc sermonem esse arbitror, quocum maxime consentit quod sequitur: ἐπιθέσεως δὲ χειρῶν, cuius etiam mentio fit *Act. XVIIII, 6.* conf. *Act. VIII, 16. 17.* Potest etiam distingui aliud duplex Baptisma, scilicet ἐν ὕδατι et ἐν πνεύματι ἁγίῳ, ex *Matth. III, 11.* Sed prius praefero.

v. 4.

τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας) *qui semel illustrati fuere*, scil. doctrina diuina instructi. Nam φωτίζειν exprimit hebr. הוֹרָה *docere*, *instruere*; Sic v. c. *2 Reg. XVII, 27. 28.* καὶ ἦν (scil. εἷς τῶν ἱερέων) φωτίζων αὐτοὺς, πῶς φοβηθῶσι τὸν κύριον.

γευσαμένους δὲ τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου) δωρεὰ ἐπουρ. est *Christus*, vti explicat quoque *Bengelius* ex *1 Pet. II, 3.* quem tamen locum solum hic non arbitror sufficere. Nam ibi nihil dicitur, nisi: εἴπερ ἐγεύσασθε, ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος. Immo referri debet δωρεὰ ἐπουράνιος potius ad verba Christi ipsius *Ioh. IIII, 10.* Εἰ ᾔδεις τὴν δωρεὰν τοῦ θεοῦ, καὶ τίς ἐστιν ὁ λέγων σοι, δός μοι πιεῖν. Adde Paullum *Rom. V, 15.* ἡ χάρις τοῦ θεοῦ καὶ ἡ ΔΩΡΕΑ' ἐν χάριτι τῇ τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου Ἰησοῦ χριστοῦ εἰς τοὺς πολλοὺς ἐπερίσσευσε. Caeterum sedem verbi γεύσασθαι indicabimus ad v. 5. e versione Alexandrina.

v. 5.

καὶ καλὸν γευσαμένους θεοῦ ῥῆμα) Istud καλὸν ducitur e Versione Alexandrina, *Zach. I, 13.* vbi commemorantur ῥήματα καλά. γευσαμένους vero debet contendi cum *1 Pet. II, 3.* εἴπερ ἐγεύσασθε, ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος. Sensus est: *qui sensere vim verbi diuini eiusque praestantiam in animo.* γεύσασθαι exprimit hebr. טָעַם, quod apparebit, si euoluatur locus *Ps. XXXIIII, 9.* e quo ductus est Petrinus ille: טַעֲמוּ וּרְאוּ כִּי־טוֹב יְהוָה אַשְׁרֵי הַגֶּבֶר יֶחֱסֶה־בּוֹ quod sic vertunt: Alexandrini: Γεύσασθε καὶ ἴδετε, ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος, μακάριος ἀνὴρ, ὃς ἐλπίζει ἐπ᾽ αὐτόν· In vtroque loco et Paulli et Dauidis dicitur de fiducia in Deo collocanda maxime post ortam persecutionem; quo tempore maxime consolantur se pii per verbum Dei, eiusque vim in animo percipiunt.

v. 6.

καὶ παραπεσόντας). Ita Alexandrini verterunt hebraicum מָעַל *praeuaricari*, v. c. *Ezech. XIIII, 13. XV, 8. XVIII, 24. XX, 27.* Et *2 Paral. XXVIIII, 19.* בְּמַעֲלוֹ verterunt bene: ἐν τῇ ἀποστασίᾳ αὐτοῦ. Debet autem intelligi datiuus, v. c. τῇ ἁμαρτίᾳ. Similis est locus *Isocratis in Or. ad Phil. p. m. 222.* τηλικούτοις καιροῖς περιπεσεῖν. alius datiuus additur *Iac. I, 2.*

ἀνασταυροῦντας ἑαυτοῖς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ παραδειγματίζοντας) i. e. *cum ipsi foedissime habeant s. tractent filium Dei.* ἀνὰ in hac compositione est *iterum*, non: *sursum*, vti Chrysostomus atque alii. Multo minus opus est emendatione s. somnio potius *Erasmi Schmidii*, qui legit ἀνασταυροῦντΕς, atque parenthesin facit h. l. nescio quam? Est autem sensus: *quum iterum ipsi in crucem tollant*, h. e. *foedissime habeant* filium Dei, quemadmodum,

qui

qui eum vere in crucem egerant. de datiuo ἑαυτοῖς conferatur locus similis *Gal. VI, 14.* - ἐν τῷ σαυρῷ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ· δι᾽ οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐσαύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ. Verbum παραδειγματίζειν autem est *publicae ignominiae exponere.* Nam παραδείγματα proprie sunt *specimina rerum venalium in foro exposita.* Vnde tropice dicitur de quouis supplicii genere, quo *exemplum* in aliquem statuitur, aut quo spectaculo publico atque ignominiae exponitur; qualis est locus *Iudae v. 7.* πρόκεινται δεῖγμα, πυρὸς αἰωνίου δίκην ὑπέχουσαι. adde e Versione Alexandrina *Ier. VIII, 2.* καὶ ψύξουσιν αὐτὰ (scil. τὰ ὀστᾶ) πρὸς τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, καὶ πρὸς πάντας τοὺς ἀστέρας, καὶ πρὸς πᾶσαν τὴν στρατιὰν τοῦ οὐρανοῦ, ἃ ἠγάπησαν, καὶ οἷς ἐδούλευσαν, - οὐ κοπήσονται, καὶ οὐ ταφήσονται, καὶ ἔσονται εἰς παράδειγμα ἐπὶ προσώπου τῆς γῆς. Itaque παραδειγματίζειν est *publicae ignominiae exponere, infamare*, vid. *Matth. I, 19. maxima contumelia afficere*, *Ezech. XXVIII, 17.* Sed sedes vera totius loci nostri est in Versione Alexandrina, *Num. XXV, 4.* Etenim verba: וְהוֹקַע אוֹתָם לַיהוָה נֶגֶד הַשָּׁמֶשׁ i. e. *Et tolle eos in crucem sub hoc dio*, Alexandrini verterunt sic: καὶ παραδειγμάτισον αὐτοὺς κυρίῳ κατέναντι τοῦ ἡλίου.

v. 8.

ἐκφέρουσα δὲ ἀκάνθας καὶ τριβόλους) Allusio ad minas diuinas *Gen. III, 18.* ἐπικατάρατος ἡ γῆ - ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατελεῖ σοι. *Hesychius:* τρίβολοι, ἀκάνθης εἶδος ὅθεν καὶ τὸ τοῖς ἵπποις ἐν τοῖς χαλινοῖς ἐντιθέμενον.

v. 10.

τοῦ ἔργου - τῆς ἀγάπης) Hic vero locus cum maxime docet, Paullum esse auctorem epistolae ad Hebraeos. Eadem enim verba sunt, quae etiam clarius enunciauit epistolae primae *ad Thessal.* initio: ἀδιαλείπτως μνημονεύοντες ὑμῶν τοῦ ἔργου τῆς πίστεως, καὶ τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης, καὶ τῆς ὑπομονῆς τῆς ἐλπίδος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ. Quale igitur in loco nostro intelligi velit ἔργον, docuit in epistola ad Thessal. Caeterum τοῦ κόπου abest a melioris notae codicibus, a librariis, vti videtur, ex altero loco transscriptum.

ἧς ἐνεδείξασθε εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ) *quem* (*amorem scil.*) *demonstrastis Dei caussa, s. propterea, quoniam Dei erant*, piis etc. εἰς τὸ ὄνομα est notissimus ille hebraismus, quamquam hoc loco paullo obscurior, qui saepe legitur in N. T. Sic *Marc. VIIII, 37.* ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, est: *quoniam meus est.* Nam sic ipse interpretatus est Iesus *ibid. v. 41.* ἐν ὀνόματί μου, ὅτι χριστοῦ ἐστέ. adde loca parallela *Matth. XVIII, 5. Luc. VIIII, 48.* Similis locus est *Matth. X, 41.* ὁ δεχόμενος προφήτην εἰς ὄνομα προφήτου, μισθὸν

θὸν προφήτȣ λήψεται; i. e. *qui hospitio excipit prophetam, quoniam propheta est, s. qua prophetam* etc. Paullo difficilior est phrasis *Iohannis, Ep. III, v. 7.* ὑπὲρ γὰρ τȣ̃ ὀνόματος ἐξῆλθον μηδὲν λαμβάνοντες ἀπὸ τῶν ἐθνῶν· vbi ὑπὲρ τȣ̃ ὀνόμ. pertinet ad μηδὲν λαμβάνοντες; sensus est: *Nam Dei caussa tradiderunt doctrinam diuinam gentilibus gratis.* Huius hebraismi originem bene exposuit *Leudenus de Dialectis N. T. p. m. 94.*

v. 14.

ἦ μὴν) hebr. כִּי *profecto.* Sic quoque Alexandrini, non: ἦ μὴν. Est *iurandi formula.* Sic *Demosth.* ὀμνύω ἦ μὴν ἀπολωλέναι Φίλιππον.

πληθυνῶ σε) non σὲ sed σπέρμα σȣ habent Alexandrini. Sed videtur hoc consulto negligere apostolus, ne nimium quid tribuat posteris Abrahami.

v. 19.

καὶ εἰσερχομένην-καταπετάσματος) Vsus est hac phrasi Alexandrinorum, vt diceret, *spem istam peruagari vsque ad sancta coelestia*, quemadmodum Iesus peruagatus est coelos *Ebr. IV, 14.*

v. 20.

κατὰ τὴν τάξιν) i. e. *pari lege*, non: ordine. Κατὰ τὴν ὁμοιότητα, vti infra *Ebr. VII, 15.* Nam ordines s. classes sacerdotum a Dauide constitutae fuere, neque τάξεις sed ἐφημερίαι vocantur ab Alexandrinis.

Ad Capitis VII. v. 1.

μελχισεδὲκ) Vox hebraica: מַלְכִּי־צֶדֶק *rex iustus*, siue *nomen* fuerit regis, siue *cognomen*, quod non nimis improbabile, docent alia quoque exempla, eum morem fuisse Phoenicibus, h. e. vetustissimis agri Hierosolymitani incolis, vt eiusmodi nomina regibus suis tribuerent. Simile est nomen regis Hierosolymorum a Iosua caesi: אֲדֹנִי־צֶדֶק cum י epenthetico, quemadmodum superius illud, vid. *Ios. X, 1. 3.* quod sic corruperunt Alexandrini: Ἀδονιβεζέκ. Caeterum egregie insaniunt, qui istum Melchisedecum vel pro *Christo* ipso habent, vt *Asgillus*, Anglus; quo enim pacto poterat tunc typus Christi esse? vel pro *Iobo*, vti *Kohlreiffius*; Iobum enim regem fuisse nego, quoniam nihil de hac re perhibent litterae sacrae; nego porro Iobum vitam egisse in agro Hierosolymitano, qui erat Terrae Cananaeae; Nam constat e libro Iobi, habitasse eum in terra *Vz*, quae vbi sita fuerit, facile patet e *Gen. X, 23.* vbi commemoratur inter posteros Semi עוּץ filius τȣ̃ אֲרָם a quo postremo nomen nacta est Syria. Ergo Syriae quaedam regio fuit, in qua Iobus vixit, non ager Hierosolymitanus, qui Cananaeae erat pars. Immo vere fuit Melchisedecus

rex

rex agri Hierosolymitani, idemque pius, adeoque sacerdos, a Christo atque Iobo quantum quantum diuersus. conf. res ipsa *Gen. XIIII, 18.* exposita.

Σαλὴμ) Eam vero eandem esse, quae deinde dicta fuit Ἱερουσαλὴμ *Iof. X, 1.* egregie ad h. l. ostendit *Grotius.*

ἱερεὺς τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου) כֹּהֵן לְאֵל עֶלְיוֹן vt distinguatur *Deus* a *Deastris,* quos tanquam *deos intermedios* colebant reges caeteri, Melchisedeci aequales. conf. *Gen. XIIII, 19.* cum *Ier. X, 11.*

ἀπὸ τῆς κοπῆς) Sic Alexandrini verterunt hebraicum: מֵהַכּוֹת *Gen. XIIII, 17.*

v. 2.

ἐμέρισεν) i. q. ἔδωκε Alexandrinorum hebr. וַיִּתֶּן quo ipse quoque vsus est Apostolus v. 4. Decima praedae pars vetustissimis temporibus Deo sacra censebatur.

βασιλεὺς σαλὴμ - βασιλεὺς εἰρήνης) Sic Iesus rex Hierosolymorum *Matth. XXI, 4. 5. coll. Zach. VIIII, 9.* et ἄρχων εἰρήνης, *Ies. VIIII, 6.*

v. 3.

ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος) Haec verba proxime debent referri ad ἱερεύς; In sacerdotibus *genus* maxime spectabatur, debebatque diligentissime recenseri post Aaronem. De Melchisedeco nihil perhibent litterae sacrae, quoniam eius parentum nullus plane respectus habebatur, adeo vt esset ἀγενεαλόγητος, h. e. *vt nec quicquam de eius genere constaret.* Atque hac quoque ex parte Iudaeos Melchisedecum pro typo futuri Messiae habuisse, e Philone notum est. Vnde intelligitur, cur haec maxime Paullus proponat Iudaeis, quippe harum rerum minime ignaris. Qua expectatione Messiae ἀπάτορος καὶ ἀμήτορος impii abusi sunt, *Ioh. VII, 27.* τοῦτον οἴδαμεν πόθεν ἐστίν· ὁ δὲ χριστὸς ὅταν ἔρχηται, οὐδεὶς γινώσκει πόθεν ἐστίν.

ἔχων) *cuius nec vitae initium nec finis declaratur,* ἐμφατικῶς. Vti supra εἰσαγάγῃ *Ebr. I, 6.* de *describenda introductione.* conf. infra notata ad μαρτυρούμενος, *Ebr. VII, 8.*

εἰς τὸ διηνεκὲς) i. e. *perpetuo.* Sic *Ps. XXXXVIII, 14.* in loco quem vitiose verterunt Alexandrini: αὐτὸς ποιμανεῖ ἡμᾶς εἰς τοὺς αἰῶνας, *Symmachus* habet: εἰς τὸ διηνεκές.

v. 5.

ἐντολὴν ἔχουσι) *ius habent,* vt ἐνετείλατο *Marc. X, 3.* quod explicatur per ἐπέτρεψε. de re ipsa constat e Pentateucho.

ἐξεληλυθότας ἐκ τῆς ὀσφύος Ἀβραάμ) מֵחֲלָצֶיךָ יֵצֵאוּ *Gen. XXXV, 11.* Alexandrini: ἐξ ὀσφύος σου ἐξελεύσονται. adde *2 Paral. VI, 9.* ὃς ἐξελεύσε-

ἐξελεύσεται ἐκ τῆς ὀσφύος σου. Eadem phrasis hebraica vertitur quoque: *ἐξελθὼν ἐκ τῶν πλευρῶν 1 Reg. VIII, 19.* Sic quoque adhibetur hebraica vox יָרֵךְ quam Alexandrini vertunt *μηρός*. Eiusmodi locus est *Gen. XLVI, 26.* Est quoque locus paullo difficilior *Gen. XLVIIII, 10.* מִבֵּין רַגְלָיו quod bene vertunt Alexandrini: *ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ*, i. e. dicitur Messias a *Iuda* oriundus.

v. 6.

τὰς ἐπαγγελίας) promissiones. Non otiosus est pluralis. Triplex enim omnino promissio data fuerat Abrahamo, antequam Melchisedecum conueniret. primum de *sua* ipsius prosperitate, *Gen. XII, 2. 3. init.* deinde de *posterorum* et multitudine immensa et felicitate ac potentia summa, *ibid. v. 2.* tertio de *futuro Messia*, *v. 3. extr.* Καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. prima atque secunda repetitae fuerant *Gen. XIII, 16. 17.*

v. 8.

μαρτυρούμενος ὅτι ζῇ) cuius tantum vita declaratur, (mors plane tacetur.) per: וְהוּא *Gen. XIIII, 18*, quod Alexandrini vertunt: *ἦν δέ*. Non male quidem, sed tota inest argumenti vis in hoc idiotismo Hebraeorum, quem caeterae linguae assequi nequeunt, quique per se ad vitam pertinet ita, vt si *perfecto* in versione vtaris, phrasin hebraicam ne exprimas quidem, conf. הוּא *Es. XXXXI, 4.* Eiusdem generis est quoque phrasis huic opposita: וְאֵינֶנּוּ de Enoco *Gen. V, 24.* de qua dicturus sum infra ad *Ebr. XI, 5.*

v. 10.

ἐν τῇ ὀσφύϊ) Latine dixeris: *in sinu.* de hebraismo vide quae supra ad v. 5. dicta fuere. adde e N. T. *Act. II, 30.* Ipse Abrahamus erat loco loco posterorum, qui adhuc in sinu eius essent.

v. 11.

Ἐι μὲν οὖν τελείωσις διὰ τῆς λευϊτικῆς ἱερωσύνης ἦν) Quodsi vere sacerdotium absolueretur sacerdotio Levitico. *τελείωσις* est vox frequentissime adhibita de sacerdotio Leuitico in versione Alexandrina, v. c. *Leu. VII, 37. VIII, 22 etc. quinquies.* Istud sacerdotium erat imperfectum, quoniam erat hominis mortalis atque peccati infirmitate laborantis; quibus continetur *ἀνάγκη v. 12.*

ὁ λαὸς γὰρ ἐπ' αὐτῇ νενομοθέτητο) Populo enim lex data fuerat, qua hoc sacerdotium iuberetur s. cuius pars esset de sacerdotio. de hac significatione praepositionis *ἐπὶ* dicam copiosius ad *Ebr. VIII. 6.*

ἀνίστασθαι) i. e. *munus capessere, ad munus accedere;* vti וַיָּקָם Exodi I, 8. vertitur ab Alexandrinis: *ἀνέστη βασιλεὺς ἕτερος.*

v. 13.

προσέσχηκε τῷ θυσιαστηρίῳ) *sacris faciundis operam dedit.* Quidam: προσέστηκε, quia scilicet ignorarunt vsum verbi προσέχειν. Nam proprie est *adhibere, applicare*, ἔχειν πρός τινι πράγματι. Vnde cum vocibus νοῦν aut γνώμην constructum significat: *animum aduertere, appellere*; de qua notione primus disseruit in *Commentt. graecae linguae Budaeus*, *p. m.* 597 optime, vti solet. Sic est ἐλλειπτικῶς *Ebr. II, 1. Act. VIII, 6.* Vocem γνώμη nonnunquam hoc verbo iungi, quod rarius est, obseruarunt *ad Bosii libellum de ellipsibus* viri docti. Quae vero de ellipsi vocis νοῦν ab iisdem tradita fuere, e Budaei libro transscripta sunt. Ex hac notione facile intelligitur alia eiusdem verbi elliptica: *operam dare, deditum esse alicui rei.* Sic alibi *Paullus*: οἴνῳ προσέχειν *vino deditum esse 1 Tim. III, 8.* Itaque προσέχειν τῷ θυσιαστηρίῳ est: *altari operam dare, sacra facere. Hesychius*: προσέσχε, προσῆλθε.

v. 14.

ἀνατέταλκεν) est allusio hebraizans ad splendidum nomen futuri messiae: ἀνατολή, *Zach. VI, 12.* de quo diximus supra p. 3. *Hesychius*: ἀνατέταλκεν, ἀνέτειλεν·

v. 16.

νόμον ἐντολῆς σαρκικῆς) vt esset Aaronides. nam in successione spectabatur genus, vt iam obseruauimus.

v. 18.

διὰ τὸ αὐτῆς ἀσθενὲς καὶ ἀνωφελὲς) Videtur alludere ad *Ezech. XX, 25.* καὶ ἐγὼ ἔδωκα αὐτοῖς (Iehoua Israelitis) προστάγματα οὐ καλὰ, καὶ δικαιώματα, ἐν οἷς οὐ ζήσονται ἐν αὐτοῖς.

v. 19.

δι᾽ ἧς ἐγγίζομεν τῷ θεῷ) Vox *sacerdotibus* propria in versione Alexandrina, v. c. *Ezech. XLII, 13.* οἱ ἱερεῖς υἱοὶ Σαδδὲκ, οἱ ἐγγίζοντες πρὸς κύριον. forsan haec caussa est, cur pii N. T. vocantur ἱερεῖς, *Apoc. I, 6.* quoniam Deum adeunt ipsi, non per pontificem, vti veteres Iudaei, neque per angelos aut sanctos, sed per solum Iesum Christum.

v. 22.

ἔγγυος) *Hesychius*: ἔγγυος, ἀνάδοχος. i. q. μεσίτης *Ebr. VIII, 6.* h. e. *sponsor, fideiussor*, qui pacta init nomine ignoti cuiusdam. Sic pro Deo Moses cum Israelitis, quoniam secundum nomen יְהוָֹה nondum innotuerat ipsis, *Exod. VI, 3. sqq.* quae erat priscae legis sponsio. Sic pro Deo Christus, quoniam nemo cognoscit patrem praeter filium, atque cui reuelare

lare voluerit filius, *Luc. X, 22.* *Moeris:* ἔγγυον, ἀττικῶς: ἐγγυητὴν, ἑλληνικῶς. Sed confer notas *Celeb. Fischeri.*

v. 26.

ὅσιος) pontifex typicus tiarae inscriptum habebat: קֹדֶשׁ לַיהוָה, *sanctitatem Iehouae*, non sibi tribuendam esse. Christus erat ille ὅσιος, cui sanctitas tribui debebat. Sic vertunt Alexandrini hebraicum חָסִיד v. c. *Ps. XVI, 10.*

ἀμίαντος) Typice sacerdotes V. T. debebant sine omni macula corporis esse; vide *Leu. XXII,* vbi aliquoties verbo μιαίνειν vtuntur Alexandrini.

Ad Capitis VIII, v. 1.

κεφάλαιον δὲ) Eiusmodi substantiua simpliciter adhibere, elegans est apud Graecos. sensus est: *Summam vero eorum, quae hactenus persequutus sum, habete hanc.* Similiter fere centies *Isocrates:* τεκμήριον δὲ, aut σημεῖον δὲ, quasi diceret: cuius rei argumentum esto hoc. Vox autem κεφάλαιον de *summatim dicendis* non minus elegans est. *Thucyd. I, 36.* βραχυτάτῳ δ' ἂν κεφαλαίῳ, τοῖς τε ξύμπασι καὶ καθέκαστον τῶδ' ἂν μὴ προέσθαι ἡμᾶς, μάθοιτε. Simillimus verbis Paulli est locus *Theophrasti* περὶ κολακ. extr. τὸ κεφάλαιον, τὸν κόλακά ἐστι θεάσασθαι πάντα καὶ λέγοντα καὶ πράττοντα, οἷς χαριεῖσθαι ὑπολαμβάνει. Est locus quidam Paullino nostro admodum similis in Versione Alexandrina, praeterquam quod ἄκουε additur. vid. *Ecclesf. XII, 13.* Caeterum haec vis vocis κεφάλαιον facile docet, quomodo explicari debeat ἀνακεφαλαιοῦται *Rom. XIII, 9.*

v. 2.

ἔπηξεν) Vox propie περὶ τῶν σκηνῶν adhiberi solita, vti docuit *Raphel. ad Apoc. XXI, 3.* Sic quoque de Mose apud Alexandrinos *Exod. XXXIII, 7.* Καὶ λαβὼν Μωυσῆς τὴν σκηνὴν αὐτοῦ ἔπηξεν ἔξω τῆς παρεμβολῆς.

v. 5.

κεχρημάτισται) i. e. *oraculo diuino edoctus, s. monitus fuit.* Sic quoque infra proprie *Ebr. XI, 7.* χρηματισθεὶς Νῶε. adde *Matth. II, 12. Luc. II, 26. Act. X, 22.* Sic quoque Alexandrini *Ier. XXX, 2.* γράψον πάντας τοὺς λόγους, οὓς ἐχρημάτισα πρὸς σέ etc. Latini haec *monita* vocant; Sic *Virg. Aen. VIII.*

— matrisque egere tremenda
Carmentis nymphae monita, et deus autor Appollo.

τὸν δειχθέντα) Alexandrini *Exod. XXV, 40.* τὸν δεδειγμένον. Porro addidit Paullus πάντα, quod nec Alexandrini habent nec ipse Codex sacer.

v. 13.

προσέσχηκε τῷ θυσιαςηρίῳ) *sacris faciundis operam dedit.* Quidam: προσέςηκε, quia scilicet ignorarunt vsum verbi προσέχειν. Nam proprie est *adhibere, applicare,* ἔχειν πρός τινι πραγματι. Vnde cum vocibus νοῦν aut γνώμην constructum significat: *animum aduertere, appellere;* de qua notione primus disseruit in *Commentt. graecae linguae Budaeus, p. m. 597.* optime, vti solet. Sic est ἐλλειπτικῶς *Ebr. II, 1. Act. VIII, 6.* Vocem γνώμη nonnunquam hoc verbo iungi, quod rarius est, obseruarunt *ad Bosii libellum de ellipsibus* viri docti. Quae vero de ellipsi vocis νοῦν ab iisdem tradita fuere, e Budaei libro transscripta sunt. Ex hac notione facile intelligitur alia eiusdem verbi elliptica: *operam dare, deditum esse alicui rei.* Sic alibi *Paullus:* οἴνῳ προσέχειν *vino deditum esse 1 Tim. III, 8.* Itaque προσέχειν τῷ θυσιαςηρίῳ est: *altari operam dare, sacra facere. Hesychius:* προσέσχε, προσῆλθε.

v. 14.

ἀνατέταλκεν) est allusio hebraizans ad splendidum nomen futuri messiae: ἀνατολὴ, *Zach. VI, 12.* de quo diximus supra p. 3. *Hesychius:* ἀνατέταλκεν, ἀνέτειλεν·

v. 16.

νόμον ἐντολῆς σαρκικῆς) vt esset Aaronides. nam in successione spectabatur genus, vt iam obseruauimus.

v. 18.

διὰ τὸ αὐτῆς ἀσθενὲς καὶ ἀνωφελὲς) Videtur alludere ad *Ezech. XX, 25.* καὶ ἐγὼ ἔδωκα αὐτοῖς (Iehoua Israelitis) προςάγματα οὐ καλὰ, καὶ δικαιώματα, ἐν οἷς ἐ ζήσονται ἐν αὐτοῖς.

v. 19.

δι' ἧς ἐγγίζομεν τῷ θεῷ) Vox *sacerdotibus* propria in versione Alexandrina, v. c. *Ezech. XLII, 13.* οἱ ἱερεῖς υἱοὶ Σαδδὲκ, οἱ ἐγγίζοντες πρὸς κύριον. forsan haec caussa est, cur pii N. T. vocantur ἱερεῖς, *Apoc. I, 6.* quoniam Deum adeunt ipsi, non per pontificem, vti veteres Iudaei, neque per angelos aut sanctos, sed per solum Iesum Christum.

v. 22.

ἔγγυος) *Hesychius:* ἔγγυος, ἀνάδοχος. i. q. μεσίτης *Ebr. VIII, 6.* h. e. *sponsor, fideiussor,* qui pacta init nomine ignoti cuiusdam. Sic pro Deo Moses cum Israelitis, quoniam secundum nomen יְהוָֹה nondum innotuerat ipsis, *Exod. VI, 3. sqq.* quae erat priscae legis sponsio. Sic pro Deo Christus, quoniam nemo cognoscit patrem praeter filium, atque cui reuelare

lare

lare voluerit filius, *Luc. X, 22.* *Moeris:* ἔγγυον, ἀττικῶς· ἐγγυητὴν, ἑλληνικῶς. Sed confer notas *Celeb. Fischeri.*

v. 26.

ὅσιος) pontifex typicus tiarae inscriptum habebat: קֹדֶשׁ לַיהוָה, *sanctitatem Iehouae*, non sibi tribuendam esse. Christus erat ille ὅσιος, cui sanctitas tribui debebat. Sic vertunt Alexandrini hebraicum חָסִיד v. c. *Ps. XVI, 10.*

ἀμίαντος) Typice sacerdotes V. T. debebant sine omni macula corporis esse; vide *Leu. XXII,* vbi aliquoties verbo μιαίνειν vtuntur Alexandrini.

Ad Capitis VIII, v. 1.

κεφάλαιον δὲ) Eiusmodi substantiua simpliciter adhibere, elegans est apud Graecos. sensus est: *Summam vero eorum, quae hactenus persequutus sum, habete hanc.* Similiter fere centies *Isocrates:* τεκμήριον δὲ, aut σημεῖον δὲ, quasi diceret: cuius rei argumentum esto hoc. Vox autem κεφάλαιον de *summatim dicendis* non minus elegans est. *Thucyd. I, 36.* βραχυτάτῳ δ' ἂν κεφαλαίῳ, τοῖς τε ξύμπασι καὶ καθέκαστον τῷδ' ἂν μὴ προέσθαι ἡμᾶς, μάθοιτε. Simillimus verbis Paulli est locus *Theophrasti* περὶ κολακ. extr. τὸ κεφάλαιον, τὸν κόλακά ἐστι θεάσασθαι πάντα καὶ λέγοντα καὶ πράττοντα, οἷς χαριεῖσθαι ὑπολαμβάνει. Est locus quidam Paullino nostro admodum similis in Versione Alexandrina, praeterquam quod ἄκουε additur. vid. *Eccles. XII, 13.* Caeterum haec vis vocis κεφάλαιον facile docet, quomodo explicari debeat ἀνακεφαλαιοῦται *Rom. XIII, 9.*

v. 2.

ἔπηξεν) Vox propie περὶ τῶν σκηνῶν adhiberi solita, vti docuit *Raphel. ad Apoc. XXI, 3.* Sic quoque de Mose apud Alexandrinos *Exod. XXXIII, 7.* Καὶ λαβὼν Μωυσῆς τὴν σκηνὴν αὐτοῦ ἔπηξεν ἔξω τῆς παρεμβολῆς.

v. 5.

κεχρημάτισται) i. e. *oraculo diuino edoctus, s. monitus fuit.* Sic quoque infra proprie *Ebr. XI, 7.* χρηματισθεὶς Νῶε. adde *Matth. II, 12. Luc. II, 26. Act. X, 22.* Sic quoque Alexandrini *Ier. XXX, 2.* γράψον πάντας τοὺς λόγους, οὓς ἐχρημάτισα πρὸς σέ etc. Latini haec *monita* vocant; Sic *Virg. Aen. VIII.*

— *matrisque egere tremenda*
Carmentis nymphae monita, et deus autor Appollo.

τὸν δειχθέντα) Alexandrini *Exod. XXV, 40.* τὸν δεδειγμένον. Porro addidit Paullus πάντα, quod nec Alexandrini habent nec ipse Codex sacer.

Sed hoc non tantum fit authentice, sed propter ipsam rei descriptionem, quae singula complectitur. *Exod. XXVI, 30.* pro τύπος est εἶδος, conf. *XXVII, 8.*

v. 6.

Singula totius versiculi verba Paullo tribuenda esse, apparebit, si contendantur cum *Rom. VIIII, 4.* μεσίτης quid sit, dixi ad *Ebr. VII, 22.*

νενομοθέτηται) Est verbum bene graecum, quo saepe vsus est Isocrates Rhetor. Caeterum ἐμφατικῶς Paullus hoc composito vsus est pro simplici: τέθειται, vt declararet nouum quoque foedus instar legis esse. Sensus est: *quod foedus cum praestantioribus promissis factum est*, tanquam lex. Praepositionis ἐπὶ haec vis est, vt denotet promissa ista praecipuam foederis *partem* constituere. Hic est idiotismus Graecorum etiam a Paulli scriptis non alienus; sic quoque *2 Tim. II, 14.* ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων. In vtroque loco verti debet *cum*, siue: *sub conditione*, quod addo vt rectius intelligatur istud *cum*. Sic quoque supra *Ebr. VII, 11.* ὁ λαὸς ἐπ' αὐτῇ νενομοθέτητο, i. e. *populo lex data fuerat, qua hoc sacerdotium iuberetur.* Adde *Ebr. VIIII, 10. 17.* Sic quoque *Aeschin. Socr. Dial. II, 14.* εἰ μοιχεύει τὰς τῶν πέλας γυναῖκας ἐπ' ἀργυρίῳ, i. e. *si vitiet vicinorum vxores data pecunia.* Exempla *Isocratis* affert *Budaeus Commentt. l. g. p. m. 1273. 1274.* ad: ἐπὶ ῥητοῖς. Quae omnia maxime contra Hombergium, Pasorem, Georgium, Vuolfium atque Bengelium demonstranda fuerunt, non vt Eruditissimorum virorum meritis detraherem, quae veneror maxime, sed vt intelligeretur, cur sententiam eorum sequi non possim. *Bengelius* praepositionem neglexit; *Hombergius* vertit: *super* aut *de*; *Pasor* pro pleonasmo hebraico habet; *Georgius* vero *Vuolfiusque* pro pleonasmo graeco.

v. 7.

πρώτη) pro: προτέρα, vti *Luc. II, 2.* αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο, ἡγεμονεύοντος τῆς συρίας Κυρηνίου. Κυρήνιος etiam vocatur a *Iosepho*, eratque vir consularis auctore eodem Iosepho, qui ait censui agendo per Syriam eum praefectum fuisse, quae res accidit anno 37. post pugnam Actiacam, adeoque aliquot annos post natum Christum; vnde constare debet ἀπογραφὴν istam non fuisse *primam*, sed habitam fuisse, *antequam* Quirinius Syriae praeficeretur. Itaque πρώτη apud Lucam est pro προτέρα. Sic quoque *Ioh. I, 15.* ὅτι πρῶτός μου ἦν, *erat enim me prior, s. ante me*, repetitum *Ioh. I, 30.* Fit hoc per hebraismum. Sic *Es. XLI, 4.* אֲנִי יְהוָה רִאשׁוֹן וְאֶת־אַחֲרֹנִים אֲנִי־הוּא Alexandrini: ἐγὼ Θεὸς πρῶτος (quasi esset: πρὸ πάντων vti *Col. I, 16.* *omnibus rebus creatis prior*, i. e. *aeternus*) καὶ εἰς τὰ ἐπερχόμενα ἐγώ εἰμι.

ἀμεμ-

ἄμεμπτος) i. q. τελεία. Sic vertunt Alexandrini תָּמִים *Gen. XVII, 1.*

v. 8.

μεμφόμενος) referri debet ad superius: ἄμεμπτος, neque vllo pacto cum αὐτοῖς quod sequitur, coniungi. sensus est: *Conquestus enim quasi de priori illo foedere*, vid. v. 6. Idem significat μέμφεται *Rom. VIIII, 19.* Iam αὐτοῖς quod sequitur coniungi debet cum λέγει, quamuis inuito *Beza, Schmidio*, atque *Raphelio.*

λέγει Κύριος) Alex. φησί. Sic etiam v. 9.

συντελέσω) *Ierem. XXXI, 31.* Alexandrini: διαθήσομαι, cuius synonymum est συντελέσω, pro quo ipse Paullus διαθεῖναι dixit *Ebr. VIIII, 16. 17.* Exprimit vero hebraicum כָּרַת, quod bis per συντελεῖν eodem plane sensu verterunt Alexandrini, *Ier. XXXIIII, 8. 15.* sed cum praepositione πρός.

ἐπὶ τὸν οἶκον) Sic bis Paullus pro Alexandrinorum: τῷ οἴκῳ. ἐπὶ i. q. πρὸς *Ier. XXXIIII, 8.* h. e. pangam foedus *cum* etc. In vtroque loco est hebraice אֶת.

v. 9.

ἐποίησα) כָּרַתִּי Alexandrini: διεθέμην.

κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν) Alexandrini, e quibus commemorat Paullus, dixere: καὶ ἐγὼ ἠμέλησα αὐτῶν, quod plane contrarium est hebraici: וְאָנֹכִי בָּעַלְתִּי בָם, *Ierem. XXXI, 32.* quod ad verbum significat: *et ego dominatus sum in eos.* Videntur autem Alexandrini vsi esse codice, vbi pro בעלתי esset בלתי h. e. בִּלְתִּי quod absolute sic construitur quoque *Gen. XLIII, 3.* Quod eleganter verterunt ἠμέλησα propter antecedentia: οὐκ ἐνέμειναν. *Vuittichius* coniicit Graecos legisse: בָּחַלְתִּי *Spreui*, quod etiam valde probabile. Sed ipsum textum hebraicum mendo aliquo laborare, vix crediderim. Hunc itaque errorem Alexandrinorum vti videtur, tantum non retinere potuit Paullus, quoniam textui hebraico non obest, si recte vertatur. Nam hebraica verba non interrogationem continent, ad quam confugiunt nonnulli, sed hoc significant: *quamquam dominatus essem in eos.* Caeterum non est cur mirere, in hoc loco Paullum etiam errorem Alexandrinorum retinere, quum fontibus non repugnet, aliisque exemplis idem Paullum de industria fecisse constet. Sic v. c. *1 Cor. XV, 55.* κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος notat: absumta est mors *in perpetuum*, secundum hebraicum לָנֶצַח *Ps. XXV, 8.* et: absumta est mors *in victoriam*, secundum contextum loci ad Corinthios. Scilicet sequutus est Paullus Alexandrinos, vt magis emphatica esset phrasis, vti *Matth XII, 20.* ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος τὴν κρίσιν. Nam Alexandrini hebraicum לָנֶצַח plerumque vertunt εἰς τέλος, nonnunquam vero εἰς νῖκος, quod synonymum est,

vti 2 *Sam. II, 26.* μὴ εἰς νῖκος καταφάγεται ἡ ῥομφαία; Aliud exemplum similis aberrationis a textu hebraico vide in iis quae notauimus ad *Ebr. X, 5.*

v. 10.

ὅτι) *sed.* Sic recte vertit *Hieronymus* hebraicum כִּי.

διδοὺς) Alex. διδοὺς δώσω. Sed Paullus sequutus est hebr. נָתַתִּי.

ἐπιγράψω) Alex. γράψω, hebr. אֶכְתֲּב.

καὶ ἔσομαι - λαόν·) In his verbis genus loquendi hebraicum esse, demonstratione non eget. Sensus est: *ita, vt me pie colant, egoque ipsos protegam;* quo redit omnis vis legis.

v. 11.

ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ) אִישׁ אֶת־רֵעֵהוּ Alexandrini: ἕκαστος τὸν πολίτην αὐτοῦ, recte. Sic quoque pro πλησίον in loco nostro Codices multi legunt πολίτην, optime. Notat *conciuem*, *socium*, conf. *Leu. XVIIII, 18.*

γνῶθι) hebraice: דְּעוּ in plurali, vt et ad πολίτην et ad ἀδελφὸν referatur. Sed Paullus iterum retinuit verba Alexandrinorum.

v. 12.

καὶ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν) haec verba delent nonnulli, quoniam absunt a codice hebraeo et a versione Alexandrina. Sed fit hoc temere. Nam eadem verba infra quoque addidit apostolus, *Ebr. X, 17.* vt rem augeret. Atqui in loco isto nulla est lectionis varietas.

Ad Capitis VIIII, v. 1.

ἡ πρώτη) Pessime additur in MSS. σκηνή· Debet enim reuera intelligi διαθήκη, ex *Ebr. VIII, 8. 9.* Sic *Ebr. VIII, 13.* διαθήκη καινὴ et διαθήκη πρώτη commemorantur.

δικαιώματα) hebr. חֻקִּים, quod δικαιώματα interpretati sunt Alexandrini, *Num. XXX, 17.* i. e. *praecepta, leges.* Verba haec sunt: Ταῦτα τὰ δικαιώματα, ὅσα ἐνετείλατο Κύριος τῷ μωυσῇ, ἀναμέσον ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς αὐτοῦ etc. Quo sensu vox δικαίωμα non est bene graeca, sed hebraizans. Ita enim proprie vertitur צְדָקָה *2 Sam. XVIIII, 29.* Καὶ τί ἐστί μοι ἔτι δικαίωμα; i. e. *quo tandem iure* etc. Itemque מִשְׁפָּט *1 Sam. VIII, 9. 11.* Καὶ ἀπαγγελεῖς αὐτοῖς τὸ δικαίωμα τοῦ βασιλέως, ὃς βασιλεύσει ἐπ' αὐτούς· i. e. *Et declarabis ipsis iura atque auctoritatem regis, qui rerum imperio est potiturus.* Vnde cum venustate quadam hebraicum דֶּרֶךְ de *lege Dei* dictum vertitur δικαίωμα, *Iobi XXXIIII, 37.* Ὅτι ἐξέκλιναν ἐκ νόμου Θεοῦ, δικαιώματα δὲ αὐτοῦ οὐκ ἐπέγνωσαν. Hoc vero sensu vox δικαίωμα saepe est in N. T. obuia, vt nugas agere mihi videantur, qui λατρείαν

δικαίαν

δικαίαν h. l. quaerunt cum *Oleario.* Locus de quo dubitare nemo poteſt, eſt *Luc. I, 6.* πορευόμενοι ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασι τοῦ κυρίου, quod hebraice dicitur: לֶכֶת בְּדַרְכֵי יְהוָֹה *Deut. VIII, 6.* πορεύεσθαι ἐν ταῖς ὁδοῖς τοῦ κυρίου.

δικαιώματα λατρείας) i. q. τοῦ λατρεύοντος, infra v. 9: μὴ δυνάμεναι τελειῶσαι τὸν λατρεύοντα. Sunt igitur *leges atque iura* ſacerdotii, hoc eſt *eorum, qui ſacra facerent.* Similiter Alexandrini habent δικαιώματα ἱερέως, i. e. *ius atque mos ſacerdotis, 1 Sam. II, 13.* Male itaque Grotius λατρείας hoc loco in accuſatiuo accipi poſſe contendit.

ἅγιον κοσμικὸν) Noli vertere cum *Grotio: ſanctum quod eſſet totius mundi imago;* quem ridiculum errorem hauſit Grotius e Coſmae Topographia; Immo *ſanctum terreſtre atque caducum* opponitur *coeleſti,* χειροποίητα ἅγια - τῷ οὐρανῷ, *Ebr. VIIII, 23. 24.* ἅγιον κοσμικὸν opponitur ei quod non eſt ταύτης τῆς κτίσεως, *Ebr. VIIII, 11.* i. e. τούτου τοῦ κόσμου, quem oculis cernimus. Nam in loco illo κτίσις idem eſſe ac κόσμος, docet locus *2 Pet. III, 4.* vbi ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως dicitur pro tritiori illo: ἀπ' ἀρχῆς κόσμου. Videtur autem phraſi ἅγιον κοσμικὸν alludere Apoſtolus ad locum quendam verſionis Alexandrinae, qui eſt *Eſ. XVI, 12.* vbi de ſacris Moabitarum dicitur: καὶ εἰσελεύσονται εἰς τὰ χειροποίητα αὐτῆς, ὥστε προσεύξασθαι, quod per contemtum dixerunt pro hebraico: אֶל־מִקְדָּשׁוֹ *ad ſancta eius.*

V. 2.

σκηνὴ - πρώτη) h. l. eſt *pars anterior* (de poſteriori ſequitur v. 3.) τοῦ ἁγίου κοσμικοῦ. σκηνὴ et totum et partem ſignificat. h. l. *ſancta* tantum.

λυχνία) cuius ſex erant rami et vnus in medio ſcapus, *typus* erat *Spiritus ſancti,* cuius ope atque inſtinctu lux euangelii patefieri debebat. Sic quoque ſpiritus ſanctus ſeptuplex *Apoc. I, 4. IIII, 5. V, 6.* Male Grotius Philonis ſtultitiam ſequutus, ad ſeptem planetas haec retulit.

ἡ πρόθεσις τῶν ἄρτων) pro: οἱ ἄρτοι τῆς προθέσεως, *Matth. XII, 4. Luc. VI, 4.* Eſt vel hypallage, quales ſaepe reperiuntur in ſcriptis Paulli, ſecundum *Deylingium Obſſ. Sacrr. T. II. p. 557. ed. 2dae,* vel quod malim, eſt interpretatio verbalis hebraici: עֵרֶךְ לֶחֶם, *Exod. XXXX, 23.* quod etiam ſimpliciter dicitur עֵרֶךְ *Exod. XL, 4.* πρόθεσις apud Alexandrinos.

ἥτις λέγεται ἅγια) Ergo deſcriptione *candelabri, menſae* atque *panis propoſiti* abſoluuntur ſancta, ſiue pars anterior tabernaculi; quare quaeritur, cur omiſerit Paullus deſcriptionem *altaris ſuffitus?* Satis probabilis eſt *Altingii* ſententia, qui propterea hoc prorſus omitti exiſtimat, quoniam *Exod. XXV.* vbi exponitur ὁ τύπος ὁ δειχθεὶς (*Ebr. VIII, 5.*) nulla plane eius fit mentio,

ſed

ſed tantum *Exod. XXX.* Neque etiam huic altari vllus reſpondet antitypus, quoniam mox commemoratur θυμιατήριον, vbi conferenda quae notauimus.

v. 3.

τὸ δεύτερον καταπέτασμα) Proprie non niſi *vnum* erat καταπέτασμα, quemadmodum non niſi *vna* erat σκηνή. Sed notauimus ad verſ. 2. vocem σκηνή h. l. latius patere, et de *vtraque tabernaculi parte* dici. Sic quoque vox καταπέτασμα, quoniam additur δεύτερον, latius patet. Proprie καταπέτασμα eſt *velum quo tegebantur atque clauſa erant Sancta Sanctorum* h. e. poſterior tabernaculi pars; hebraice פָּרֹכֶת dictum, quod demonſtrari poteſt ex *Exod. XXXX, 26.*: Καὶ ἔθηκε τὸ θυσιαστήριον τὸ χρυσοῦν ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου ἀπέναντι τοῦ καταπετάσματος, לִפְנֵי הַפָּרֹכֶת. Iſtud καταπέτασμα diffiſſum fuit, quum moreretur Chriſtus, *Matth. XXVII, 51*: Καὶ ἰδοὺ τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη εἰς δύο ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω. Sed erat quoque quoque *velum quo claudebantur Sancta*, pars tabernaculi anterior, hebraice מָסָךְ dictum, de quo ſunt loci claſſici *Exod. XXXX, 5. 33.* quorum primus vertitur κάλυμμα τοῦ καταπετάσματος ab Alexandrinis, alter: ἐπίσπαστρον, quod eſt vocabulum ſynonymum, atque legitur quoque antea *Exod. XXVI, 36.* de voce κάλυμμα eſt locus egregius *Theophr. Char. c. XI.* περὶ μικρολογίας. Sed illud ipſum מָסָךְ vertitur καταπέτασμα *Exod. XXVI, 37*; quare maioris perſpicuitatis cauſſa addidit Paullus: τὸ δεύτερον.

v. 4.

χρυσοῦν ἔχουσα θυμιατήριον) *cuius erat thuribulum aureum. thuribulum* non inerat Sanctis Sanctorum, quemadmodum *arca foederis*, ſed geſtabatur a pontifice maximo, quoties die expiationis intrabat Sancta Sanctorum, atque poſt peracta ſacra ab eodem exportabatur. Itaque verbum ἔχειν locum habet, quoniam fuit thuribulum *pars ſupellectilis ſacrorum in loco ſanctiſſimo.* Similis fere eſt ſignificatio huius verbi *Ebr. VII, 6.* vel *Ebr. X, 1.*

θυμιατήριον) Minime ſignificat *altare ſuffitus*, de quo ſomniarunt quidam interpretes, quo ſcilicet inſignem ſuam inſcitiam linguae graecae et antiquitatis proderent, Paullumque erroris accuſarent; Iſtud enim *altare* graece vocatur θυσιαστήριον, conf. Alexandrini *Ex. XXXX, 5.* Θυμιατήριον igitur eſt *acerra ſuffitus*, ſiue *thuribulum*, cuius imaginem e numis Relandi exhibet *Deylingius Obſſ. Sacrr. T. II. p. m. 561.* hebraice: מִקְטֶרֶת quod θυμιατήριον vertunt Alexandrini *2 Paral. XXVI, 19.* Καὶ ἐθυμώθη Ὀζίας, καὶ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὸ θυμιατήριον τοῦ θυμιάσαι ἐν τῷ ναῷ· Καὶ ἐν τῷ θυμωθῆναι αὐτὸν πρὸς τοὺς ἱερεῖς, καὶ ἡ λέπρα ἀνέτειλεν ἐν τῷ μετώπῳ αὐτοῦ ἐναντίον τῶν ἱερέων ἐν οἴκῳ κυρίου, ἐπάνω τοῦ θυσιαστηρίου τῶν θυμιαμάτων.

De

De *ritu sacro* est locus classicus *Leu. XVI, 12 sqq.* Ducitur vox θυμιατήριον a θυμίαμα, quod interpretatus est *Timaeus in Glossar. Plat. p. m. 105:* ἄλφιτα οἴνῳ καὶ μέλιτι δεδευμένα, conf. ibi *Ruhnquenius.* Plura aliquando ad *Theophr. Char. c. XX.* ad verba: θύειν ἀρξάμενος disputabimus. Caeterum istud θυμιατήριον erat symbolum, quo *oratio et preces* figurabantur; vide omnino *Apoc. VIII, 3. 4.*

τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης) Proprie κιβωτὸς graecis est *capsa ad condendas vestes*; Sic est apud *Theophr. Char. c. XI.* vbi conferendae sunt notae *Casauboni p. 233.*

ςάμνος) *Hesychius:* ςάμνος; ὑδρία (conf. *Ioh. II, 6.*) κάλπη (i. e. *vrceus vrna, situla*) κάλαθος. Hebr. צִנְצֶנֶת quod Alexandrini vertunt ςάμνος χρυσοῦς *Exod. XVI, 33.* Caeterum est vox ἑλληνική, quod obseruarunt *Thomas Magister:* ἀμφορεὺς λέγε, μὴ ςάμνος, μηδὲ μετρητὴς, (*Ioh. II, 6.*) εἰ καί τινες· En nebulonem! *Moeris:* Ἀμφορέα, τὸν διωτὸν ςάμνον, Ἀττικῶς, ςάμνον, Ἑλληνικῶς, vterque scilicet odio erga N. T. libros.

v. 5.

χερουβὶμ δόξης) i. e. *Cherubini maiestatis, qui quasi thronum maiestatis diuinae efficerent.* χερουβὶμ est neutrius generis, etiam in Versione Alexandrina, *Gen. III, 24.* quoniam intelligi debet πνεύματα. δόξα est, quae proprie dici solet שְׁכִינָה, idque δόξα vertitur per hebraismum, quia hebraice quoque כָּבוֹד vocatur, v. c. *2 Paral. VII, 1. 2.* vbi Alexandrini vertunt: δόξα. Idem est sensus vocis δόξα *Rom. VIIII, 4.* Cuius Antitypus proponitur *Apoc. XXI, 10. 11.* Caeterum quomodo Cherubini isti quasi thronum Dei effecerint, docent exempla haec: *Exod. XXV, 22. Leuit. XVI, 2.* De vera typicorum Cherubinorum figura parum sollicitus sum, quoniam quae vulgo de hac re tradunt, fabulae sunt. Non ista me scire, sed his me vti voluit Deus. Denique hoc notari velim, *Luc. II, 9.* δόξαν non esse *apparitionem gloriosam maiestatis diuinae*, qualis Adamo in Paradiso, atque Ezechieli contigit; Sed verba δόξα κυρίου περιέλαμψεν αὐτοὺς significant: *splendor coelestis circumluxit ipsos.* Nam primum pro κυρίου optimi codices legunt: Θεοῦ· (Ergo de throno maiestatis non potest intelligi, qui vocatur: δόξα κυρίου) deinde confer de angelis alium locum *Act. XII, 7.* καὶ ἰδοὺ ἄγγελος κυρίου ἘΠΈΣΤΗ, καὶ ΦΩ͂Σ ἜΛΑΜΨΕΝ ἐν τῷ οἰκήματι. conf. *Luc. VIIII, 31. Matth. XVII, 2.* Tandem, quoties apparuit maiestas diuina, nunquam vnus tantum angelus adhibitus fuit, quemadmodum res se habet in loco isto Lucae.

κατασκιάζοντα) *qui obumbrarent operculo propitiatorio,* illudque quasi tuerentur. Qua in re erat symbolum *clementiae diuinae erga lapsos.* Vide

 descri-

descriptionem *Exod. XXV, 20.* Vnde, vt recte notauit *Grotius*, phrasis ducitur: σκιὰ τῶν πτερύγων. Sed *Ps. LVII, 1.* huc referri non debet cum Grotio, vbi sermo est de *auxilio contra hostes*; Immo vero *Ps. XXXVI, 8.* maxime quoniam in reliquis versiculis sublimis inest ad Sancta Sanctorum allusio; conf. παράτεινον *Ps. XXXVI, 11.* cum ἐκτείνοντες *Exod. XXV, 20.*

τὸ ἱλαστήριον) i. e. *locus, quo placatur Deus*, ab ἱλάσκω. Sic verterunt Alexandrini hebr. כַּפֹּרֶת quod *operculum* proprie s. *tegmen* notat. Erat enim *operculum arcae foederis.* Caeterum est adiectiuum, debetque subaudiri ἐπίθεμα, quod addunt Alexandrini *Exod. XXV, 17.*

v. 6.

τὰς λατρείας) Ad haec *sacra* maxime pertinent *panes propositionis*, nec non *suffitus faciendi cum precibus*, quorum exemplum vide *Luc. I, 8. 9.*

v. 7.

ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ) Est phrasis Alexandrinorum petita ex *Exod. XXX, 10.* Caeterum dies, quo hoc fiebat, erat decimus mensis Tisri.

ἀγνοημάτων) χαριεντισμὸς dicitur figura, qua pro ἁμαρτιῶν dicitur ἀγνοημάτων, vti apud Alexandrinos *Ps. XXV, 7* hebraicum פֶּשַׁע vertitur ἄγνοια, nec non *Gen. XXVI, 10* אָשָׁם Sic Aquila hebraicum עָוֹן vertit ἄγνοια *Leuit. XXVI, 39.* Quomodo vero peccatum dici possit ἄγνοια, disce ex *Eph. IIII, 18.* Sed ipsa vox nostra ἀγνόημα legitur apud *Sir. LI, 19*, eodem plane sensu: τὰς χεῖράς μου ἐξεπέτασα πρὸς ὕψος, καὶ τὰ ἀγνοήματα αὐτῆς (sc. τῆς ψυχῆς μου) ἐπένθησα. Similiter vsurpatur verbum ἀγνοεῖν *Ebr. V, 2.*

v. 9.

παραβολὴ) *Hesychius*: πραγμάτων ὁμοίωσις.

τελειῶσαι) *absoluere, expiare.* Sic saepe Alexandrini.

v. 10.

βρώμασι) Haec Paullina esse, facile intelligetur, si comparentur cum *Col. II, 16.* Sic erant panes propositi a Sacerdotibus comedendi, nec non quaedam sacrificiorum partes. Contra multos quoque constat fuisse cibos vetitos, *Leu. XI, 35.* coll. *Leu. X, 12.*

καὶ πόμασι) *Vino atque sicera* sacerdotes interdicebantur, *Leu. X, 9.* et Nasiraei *Iud. XIII, 4. 5.* Quibus etiam abstinuit *Iohannes Baptista*, vid. *Luc. I, 15.* σίκερα vero est *potus inebrians*; Sic *Iud. XIII, 4*: שֵׁכָר vertitur σίκερα, pro quo alii legunt μέθυσμα. adde *1 Sam. I, 11.*

καὶ διαφόροις βαπτισμοῖς) v. c. sacerdotum, *Ex. XXXXIIII, 4.* Israelitarum in vniuersum, *Luc. XI, 38.* nec non qua vasa, *Marc. VII, 3. 4.*

διορθώ-

διορθώσεως) Vox petita e Versione Alexandrina, *Ier. VII. 3.* Huius *emendationis* initium debetur Iohanni Baptistae, conf. ἀποκαταστήσει *Matth. XVII, 11. 13.* inprimis vero *Luc. I, 17.* Maxima διόρθωσις est Iesu Christi opus, conf. *Matth. X, 34-37. coll. v. 6.*

v. 11.

σκηνῆς) Intellige *corpus Christi;* nam additur ȣ̓ ταύτης τῆς κτίσεως, i. e. σκηνὴ quae non esset pars vniuersitatis rerum initio creatarum. Confirmatur interpretatio nostra loco clarissimo *Ebr. X, 20.* vbi καταπέτασμα, (vide quae dixi ad *Ebr. VIIII, 3.*) explicatur per σάρκα Christi. Quo sensu etiam corpus Christi vocatur ναὸς *Ioh. II, 21.* Spectatur enim in vtroque loco redemtio, metaphora a veteris Test. sacris petita. Sed nugas mihi agere videntur, qui, vt pondus quoddam addant huic opinioni, vtuntur loco Paullino *2 Cor. V, 1.* vbi corpus humanum vocatur σκῆνος, quoniam *caducum est atque imbecille;* similis est locus *2 Pet. I, 14.* Multo magis nugantur, qui in hac phrasi Pythagoricos agunt, scriptores veteres Graecos atque auctorem libri sapientiae, sequuti, quorum in turba eminet vt in grege tauri, Grotius.

v. 12.

τράγων καὶ μόσχων) *iuuencus* erat pro peccatis Pontificis Maximi, vid. *Leu. IX, 8. hircus* pro peccatis populi, *Leu. IX, 18.*

διὰ δὲ τȣ̃ ἰδίȣ αἵματος) Pontificum V. T. expiatio non fuit nisi typica, quoniam non suum ipsorum adhibebant sanguinem, sed alienum, cuius ne domini quidem essent, adeoque bestiae sanguinem, in quam nullo modo cadere posset expiatio; cuiusque vis maior quam physica, si qua esset, minime erat in potestate pontificis. At erat in Pontificis Noui Foederis potestate, vitam ponere tanquam ἀντίλυτρον, atque recuperare, cum ipse vitae suae esset dominus, sanguinique suo pretium atque vim maximam tribuere posset per coniunctam cum natura humana naturam diuinam. Per hunc sanguinem nouum foedus factum esse, ipse declarauit Christus *Matth. XXVI, 28.* τȣ̃τό ἐςι τὸ αἷμά μȣ τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, quemadmodum de prisco foedere Moses *Exod. XXIV, 8.* vbi eadem prorsus sunt verba in Versione Alexandrina; adde Ebr. VIIII, 20.

αἰωνίαν) opponitur τῷ ἐφάπαξ· *Non nisi vnus introitus, cuius aeternum est pretium.* Veteris Test. Pontifices singulis annis intrare tenebantur lege; eiusque introitus pretium anni spatio quasi absoluebatur.

εὑράμενος) Elegans est huius verbi vsus, vt significet *parare, comparare sibi*, quo maxime delectantur Attici. Exempla multa docte enarrauit *Budaeus in Comm. Gr. L. p. m. 377.* quibus adde *Theophr. Char. c. XVI.*

τί εὑρίσκει; de rebus venalibus, i. e. *quali pretio constat haec res, s. quale pretium inuenit?* Nam sic verbo *inuenire* vtitur *Plautus*, *Mostell. I, 3. v. 70. vt enim fama est homini, exinde pecuniam solet inuenire.* Nec non *Cic. in Verr. III, 76. Iam vero scriba tuus annulo aureo suo, quem ex his rebus inuenit, ista te ratione vti non sinet.* adde *Lucian. Encom. Dem. §. 43.* πανταχῦ συμπεριτρέχει, καταλαμβάνει, πόρους εὑρίσκει, δύναμιν συλλέγει, *vbiuis circumcurrit, comprehendit, reditus sibi quaerit, copias congregat.* Sic quoque in Nouo Testamento, v. c. *Luc. IX, 12.* εὕρωσιν ἐπισιτισμὸν, *cibum sibi comparent*; *Ioh. XII, 14.* εὑρὼν ὀνάριον i. e. *cum comparasset sibi, s. cum nactus esset asellum.* Itaque in hoc conuenit hebraicae et graecae linguae indoles. Nam Paullus sine dubio exprimere voluit מָצָאתִי כֹפֶר *Iob. XXXIII, 24.* quem locum misere deturparunt Alexandrini. conf. ad locum nostrum *Lud. Cappellus.*

v. 13.

σποδὸς δαμάλεως) *Cinis vaccae s. iuuencae.* δάμαλις, quod a δαμάω *domo* ducitur, est nomen, quo Senes Alexandrini appellarunt *vaccam rufam* פָּרָה אֲדֻמָּה de qua vide *Num. XIX, 2.* Res haec fuit. Quum Israelitae adhuc essent in desertis, duce Mose, iussit Deus Mosen atque Aaronem Iudaeis legem declarare, quae praeciperet vt vaccam rufam eamque iuuencam adducerent Eleasaro pontifici, atque deinde e castris eductam, coram illo in loco mundo, mactarent. Cinis cadaueris combusti sanctus habendus erat atque expiatorius, postquam aquae viuae in vase puro inditus, atque in impurum sparsus fuerat hominem; quod exponitur vberius *Num. XIX, 17. 18.* Caeterum ipsa phrasis σποδὸς δαμάλεως, qua vtitur Paullus, exprimit hebr. אֵפֶר הַפָּרָה in Versione Alexandrina *Num. XIX, 9.* quod commate sequenti reddiderunt σποδιὰ τῆς δαμάλεως.

τῦς κεκοινωμένυς) Varii generis immundos, v. c. qui *cadauer* hominis mortui attigissent, aut *aedes* intrassent, quibus inerat cadauer etc. Quorum indiculus est *Num. XIX, 16.*

ἁγιάζει) h. e. καθαρίζει, ex hebraismo. Eodem sensu קָדַשׁ *Exod. XIX, 14.* vertitur ἁγιάζειν ab Alexandrinis. Vnde *aqua aspersionis*, ἅγνισμα vocatur ab Alexandrinis *Num. XIX, 9.* extr. quo sensu, disce ex *Exod. XIX, 10.*

v. 14.

διὰ πνεύματος αἰωνίυ) Nonnulli ἁγίυ pro αἰωνίυ, quod etiam probarunt Luthero. Vtrinque par est codicum auctoritas. Videtur autem lectio αἰωνίυ praeferenda esse, primum, quoniam est difficilior, deinde quoniam adhibetur a vetustissimis ecclesiae patribus fere omnibus, vti osten-

ostenderunt ad hunc locum *Millius*, et Bengelius in apparatu Critico N. T. Πνεῦμα igitur αἰώνιον est *diuina Christi natura*, quod nunc demonstrabimus. Primum itaque πνεῦμα vocatur *diuina Christi natura* a Paullo *1 Tim. III, 16.* θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι, *Deus apparuit in natura humana.* (sic quoque recte intellexit e *Ioh. I, 14. Iustinianus* in Epist. ad Diognetum: ὃ χάριν ἀπέστειλε λόγον, ἵνα κόσμῳ φανῇ) *probatus est* (suis, *Ioh. I, 12. Luc. VII, 35. coll.* ἐδικαίωσαν, *v. 29.*) *per naturam diuinam.* Adde *1 Pet. III, 18.* vbi Christus dicitur: θανατωθεὶς μὲν σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ πνεύματι. Nec non *Rom. I, 3. 4:* περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαυὶδ, κατὰ σάρκα, τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ θεοῦ κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης. Mitto alia loca, v. c. *Ioh. VI, 62. Matth. XII, 31, 28.* Dicitur autem *natura Christi diuina* πνεῦμα αἰώνιον, secundum idiotismum linguae hebraicae, quasi diceres רוּחַ עוֹלָם, i. e. θειότης ἀΐδιος *Rom. I, 20.* h. e. *diuinitas summa, absolutissima*, quemadmodum *Sap. VII, 25.* vocatur: ἀπαύγασμα φωτὸς ἀϊδίου. Sic est אֱלֹהֵי עוֹלָם *summum numen, Es. XL, 28.* Quod sic vertunt Alexandrini: Θεὸς αἰώνιος, ὁ θεὸς ὁ κατασκευάσας τὰ ἄκρα τῆς γῆς· οὐ πεινάσει οὐδὲ κοπιάσει etc. Sic quoque אֵל עוֹלָם *Gen. XXI, 33.* οἱ ὁ θεὸς αἰώνιος. Caeterum non ignoro multos interpretes, quamquam retineant lectionem πνεῦμα αἰώνιον, totum locum ad Spiritum sanctum referre; Sed fateor me non intelligere, quomodo Iesus passus sit per Spiritum sanctum, quamquam bene norim, Iesum ad munus redemtoris vnctum fuisse a Spiritu sancto.

καθαριεῖ) est synonymum τοῦ ἁγιάζειν, vti diximus ad v. 13. Hinc dicitur *1 Pet. I, 2.* ῥαντισμὸς αἵματος Ἰησοῦ Χριστοῦ.

ἀπὸ νεκρῶν ἔργων) Elegantissima his verbis inest allusio, cum exaggeratione. Cinis iuuencae purgabat ab immunditie per contactum *cadaueris* contracta; Sanguis Iesu Christi *ab operibus mortuis.* Sic peccatores ipsi habentur tanquam cadauera, vt in loco illo *Es. LXVI, 24.* ἐξελεύσονται, καὶ ὄψονται τὰ κῶλα τῶν ἀνθρώπων τῶν παραβεβηκότων ἐν ἐμοί. Sic Petrus ait: εἰς τοῦτο νεκροῖς εὐηγγελίσθη, *1 Petr. IV, 6.*

v. 18.

ἐγκεκαίνισται) *Institutum fuit.* Sic verterunt Alexandrini חִדֵּשׁ de Saule, in regno *constituto*, *1 Sam. XI, 14.*

v. 19.

λαληθείσης) *postquam recitata fuerat* scil. e βιβλίῳ, quod mox sequitur. Alexandrini: ἀνέγνω *Exod. XXIV, 7.*

κατὰ νόμον) scil. θεοῦ, i. e. *vti iusserat Deus.* conf. εἶπεν *Exod. XXIV, 1.*

μετὰ ὑσσώπε) quorum nulla fit mentio in *Exodi c. XXIV, v. 8*, vbi non nisi vituli commemorantur. Sed adhibita fuisse illa, alia docent exempla, v. c. *Leu. XIV, 49. 50.*

αὐτό δὲ τὸ βιβλίον) Quod volumen, cui inscripta fuerat lex, sanguine adspersserit Moses, sine dubio a maioribus acceperat Paullus. Ipse textus sacer nihil de hac re affert. Dicitur tantum *Exod. XXIV, 8.* κατεσκέδασε τε λαε.

v. 20.

τετο τὸ) hebr. הִנֵּה quod ἰδε vertunt Senes Graeci. Sed potest quoque verti saluis verbis textus: τετό ἐστι, quo Paullus de industria vsus esse videtur, vt propius accederet ad verba, quibus instituit Iesus nouum foedus per suum sanguinem, *Matth. XXVI, 26. 28.* conf. loca parallela.

ἐνετείλατο) pro: διέθετο, quod habent Alexandrini, cuiusque synonymum est.

v. 21.

σκηνὴν - σκεύη) de *vncto tabernaculo* dicitur *Leu. VIII, 10. 11.*

v. 22.

σχεδὸν) Nam saepe sola aqua fiebat purgatio. vid. v. c. *Leu. XVI, 28.* nec non *Exod. XIX, 10.*

v. 23.

τὰ μὲν ὑποδείγματα τῶν ἐν τοῖς ἐρανοῖς) *specimina s. typos rerum coelestium*, h. e. *quae sunt in summo coelo*. Quibus facile refutari possunt, qui cum *Philone* de coelo sidereo in Epistola ad Hebraeos cogitant, eiusque imaginem in templo Hierosolymitano reperiunt. At hic caecutit Grotius; Nam inter arma silent Musae!

παρὰ ταύτας) additur hoc per hebraismum. Vide quae diximus supra ad *Ebr. I, 4. II, 7.*

v. 24.

ἀντίτυπα) vocabulum anceps, quod h. l. *figuram* notat, sed *1 Petr. III, 21. rem ipsam.* Vnde recte explicatur in glossario: Ἀντίτυπον, *exemplum, exemplar.* h. l. *exemplum*, i. e. μίμημα, *Sap. VIIII, 8.* conf. ad hunc locum omnino *Grotius*.

v. 26.

ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων) *Hac extrema mundi aetate*, per hebraismum. Similes phrases Alexandrinorum vide *Dan. XII, 4. 13.* Christus enim apparuit media mundi aetate, conf. *Hab. III, 2.* יְהוָה פָּעָלְךָ בְּקֶרֶב שָׁנִים חַיֵּיהוּ׃

v. 28.

v. 28.

ἀνενεγκεῖν) ex *Es. LIII, 12.* וְהוּא חֵטְא־רַבִּים נָשָׂא Alexandrini iisdem plane verbis, quibus vtitur Paullus, vertunt sic: *καὶ αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκε.* conferatur locus de *capro expiatorio Leu. XVI, 22.* Καὶ λήψεται ὁ χίμαρος ἐφ᾽ ἑαυτῷ τὰς ἀδικίας αὐτῶν, εἰς γῆν ἄβατον.

Ad Capitis X. v. 1.

κατ᾽ ἐνιαυτὸν ταῖς αὐταῖς θυσίαις, ἃς προσφέρουσιν εἰς τὸ διηνεκές] Primum verba traiecta ita sunt constituenda: *ταῖς αὐταῖς θυσίαις, ἃς προσφέρουσι κατ᾽ ἐνιαυτὸν εἰς τὸ διηνεκές.* In loco, quem respicit Paullus, *Exod. XXX, 10.* pro: *τὸ διηνεκὲς* est: לְדֹרֹתֵיכֶם quod Alexandrini vertunt: *εἰς γενεὰς αὐτῶν.* Eodem modo restringenda est phrasis Paulli, scilicet; quamdiu stabat cultus typicus tabernaculi et templi; in quo etiam est hebraismus. Sic de *seruo:* וַעֲבָדוֹ לְעֹלָם *οἱ ὁ· εἰς τὸν αἰῶνα, Exod. XXI, 6.*

v. 5.

θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας) *Ps. XXXX, 7.* זֶבַח וּמִנְחָה לֹא־חָפַצְתָּ quod secundum indolem dictionis hebraicae notat proprie: *victimas atque sacrificia non curas, non magni facis;* quod maxime si referatur ad tempora Noui Foederis, prophetice, significat: *Deum ista sublaturum* esse, *ἀναιρεῖν*, vti infra ipse ait Paullus v. 9. Recte me assequutum esse vim propriam huius phraseos, apparebit, si adhibeatur oraculum Dauidicum *1 Sam. XV, 22.* fontesque hebraici cum versione Alexandrinorum contendantur, nec non *Os. VI, 6.*

σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι) *Corpus parasti mihi*, scil. *vt seruus tuus essem.* Quare idem Paullus ait *Phil. II, 6.* *ἀλλ᾽ ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν* ΔΟΥΛΟΥ *λαβὼν - ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, γενόμενος* ΥΠΗΚΟΟΣ (quod, quam bene consentiat cum verbis sequentibus *Ebr. X, 7-9.* quis est, quin videat? *μέχρι* ΘΑΝΑΤΟΥ (quare sequitur *Ebr. X, 10:* *ἐν ᾧ* ΘΕΛΗΜΑΤΙ *ἡγιασμένοι ἐσμὲν διὰ τῆς* ΠΡΟΣΦΟΡΑΣ ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ Ἰησοῦ χριστοῦ, *ἐφάπαξ*) *θανάτου δὲ σταυροῦ.* Sed in hoc loco nostro sequutus est Paullus vitiosam, vti prima quidem specie videtur, Alexandrinorum versionem; quod enim in hebraico codice est *Ps. XXXX, 7.* אָזְנַיִם כָּרִיתָ לִּי *aures perforasti mihi*, id vertunt Alexandrini: *σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι*, non satis, opinor accurate, attamen non male. Primum enim notus est ritus lege diuina praescriptus *de aure serui perforanda*, conf. *Exod. XXI, 6. Deut. XV, 17.* quo totus dicabatur domino. Ergo dummodo כָּרָה possit verti *καταρτίζειν*,

μετὰ ὑσσώπȣ) quorum nulla fit mentio in *Exodi c. XXIV, 5. 8*, vbi non nisi vituli commemorantur. Sed adhibita fuisse illa, alia docent exempla, v. c. *Leu. XIV, 49. 50.*

αὐτό δὲ τὸ βιβλίον) Quod volumen, cui inscripta fuerat lex, sanguine adsperserit Moses, sine dubio a maioribus acceperat Paullus. Ipse textus sacer nihil de hac re affert. Dicitur tantum *Exod. XXIV, 8.* κατεσκέδασε τȣ͂ λαȣ͂.

v. 20.

τȣ͂το τὸ) hebr. הִנֵּה quod ἰδȣ vertunt Senes Graeci. Sed potest quoque verti saluis verbis textus: τȣ͂τό ἐςι, quo Paullus de industria vsus esse videtur, vt propius accederet ad verba, quibus instituit Iesus nouum foedus per suum sanguinem, *Matth. XXVI, 26. 28.* conf. loca parallela.

ἐνετείλατο) pro: διέθετο, quod habent Alexandrini, cuiusque synonymum est.

v. 21.

σκηνὴν - σκεύη) de *vncto tabernaculo* dicitur *Leu. VIII, 10. 11.*

v. 22.

σχεδὸν) Nam saepe sola aqua fiebat purgatio. vid. v. c. *Leu. XVI, 28.* nec non *Exod. XIX, 10.*

v. 23.

τὰ μὲν ὑποδείγματα τῶν ἐν τοῖς ȣ̓ρανοῖς) *specimina s. typos rerum coelestium*, h. e. *quae sunt in summo coelo.* Quibus facile refutari possunt, qui cum *Philone* de coelo sidereo in Epistola ad Hebraeos cogitant, eiusque imaginem in templo Hierosolymitano reperiunt. At hic caecutit Grotius; Nam inter arma silent Musae!

παρὰ ταύτας) additur hoc per hebraismum. Vide quae diximus supra ad *Ebr. I, 4. II, 7.*

v. 24.

ἀντίτυπα) vocabulum anceps, quod h. l. *figuram* notat, sed *1 Petr. III, 21. rem ipsam.* Vnde recte explicatur in glossario: Ἀντίτυπον, *exemplum, exemplar.* h. l. *exemplum*, i. e. μίμημα, *Sap. VIIII, 8.* conf. ad hunc locum omnino *Grotius.*

v. 26.

ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων) *Hac extrema mundi aetate*, per hebraismum. Similes phrases Alexandrinorum vide *Dan. XII, 4. 13.* Christus enim apparuit media mundi aetate, conf. *Hab. III, 2.* יהוה פָּעָלְךָ בְּקֶרֶב שָׁנִים חַיֵּיהוּ׃

v. 28.

v. 28.

ἀνενεγκεῖν) ex *Es. LIII, 12.* וְהוּא חֵטְא־רַבִּים נָשָׂא Alexandrini iisdem plane verbis, quibus vtitur Paullus, vertunt sic: καὶ αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκε. conferatur locus de *capro expiatorio Leu. XVI, 22.* Καὶ λήψεται ὁ χίμαρος ἐφ᾽ ἑαυτῷ τὰς ἀδικίας αὐτῶν, εἰς γῆν ἄβατον.

Ad Capitis X. v. 1.

κατ᾽ ἐνιαυτὸν ταῖς αὐταῖς θυσίαις, ἃς προσφέρουσιν εἰς τὸ διηνεκές] Primum verba traiecta ita sunt constituenda: ταῖς αὐταῖς θυσίαις, ἃς προσφέρουσι κατ᾽ ἐνιαυτὸν εἰς τὸ διηνεκές· In loco, quem respicit Paullus, *Exod. XXX, 10.* pro: τὸ διηνεκὲς est: לְדֹרֹתֵיכֶם quod Alexandrini vertunt: εἰς γενεὰς αὐτῶν. Eodem modo restringenda est phrasis Paulli, scilicet, quamdiu stabat cultus typicus tabernaculi et templi; in quo etiam est hebraismus. Sic de *seruo:* וַעֲבָדוֹ לְעֹלָם οἱ ό· εἰς τὸν αἰῶνα, *Exod. XXI, 6.*

v. 5.

θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας) *Ps. XXXX, 7.* זֶבַח וּמִנְחָה לֹא־חָפַצְתָּ quod secundum indolem dictionis hebraicae notat proprie: *victimas atque sacrificia non curas, non magni facis;* quod maxime si referatur ad tempora Noui Foederis, prophetice, significat: *Deum ista sublaturum* esse, ἀναιρεῖν, vti infra ipse ait Paullus v. 9. Recte me assequutum esse vim propriam huius phraseos, apparebit, si adhibeatur oraculum Dauidicum *1 Sam. XV, 22.* fontesque hebraici cum versione Alexandrinorum contendantur, nec non *Os. VI, 6.*

σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι) *Corpus parasti mihi*, scil. *vt seruus tuus essem.* Quare idem Paullus ait *Phil. II, 6.* ἀλλ᾽ ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν ΔΟΥΛΟΥ λαβὼν - ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, γενόμενος ΥΠΗΚΟΟΣ (quod, quam bene consentiat cum verbis sequentibus *Ebr. X, 7-9.* quis est, quin videat? μέχρι ΘΑΝΑΤΟΥ (quare sequitur *Ebr. X, 10.* ἐν ᾧ ΘΕΛΗΜΑΤΙ ἡγιασμένοι ἐσμὲν διὰ τῆς ΠΡΟΣΦΟΡΑΣ ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ Ἰησοῦ χριστοῦ, ἐφάπαξ) θανάτου δὲ σταυροῦ. Sed in hoc loco nostro sequutus est Paullus vitiosam, vti prima quidem specie videtur, Alexandrinorum versionem; quod enim in hebraico codice est *Ps. XXXX, 7.* אָזְנַיִם כָּרִיתָ לִּי *aures perforasti mihi*, id vertunt Alexandrini: σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι, non satis, opinor accurate, attamen non male. Primum enim notus est ritus lege diuina praescriptus *de aure serui perforanda*, conf. *Exod. XXI, 6. Deut. XV, 17.* quo totus dicabatur domino. Ergo dummodo כָּרָה possit verti καταρτίζειν,

τίζειν, facile intelligitur σῶμα melius conuenire quam τὰ ὠτία, praesertim, cum id ne acciderit quidem Iesu Christo, *vt eius aures perforarentur;* quare etiam infra v. 10. dicitur: διὰ τῆς προσφορᾶς τȣ̃ σώματος Ἰησȣ̃ Χριςȣ̃. Neque tamen existimes textum hebraicum, qualem nos quidem habemus in hoc loco, corruptum esse; Nam vetustissimi patres, *Cyrillus* ὠτία, *Arnobius* atque *Hieronymus, aures,* in Psalmo verterunt. Neque etiam Versio Alexandrina secundum Nouum Testamentum correcta est; quod temere suspicatur Grotius. Ego vero, quamquam non nego, verbum כָּרָה significare *perforare*, arbitror tamen, vim verbi multo latius patere, atque in vniuersum significare: *parare*, adeo vt bene vertatur καταρτίζειν. Locum, quo haec sententia confirmari potest, habemus *2 Reg. VI, 23.* וַיִּכְרֶה לָהֶם כֵּרָה גְדוֹלָה *Et parauit iis epulas lautas;* Alexandrini: καὶ παρέθηκεν αὐτοῖς παράθεσιν μεγάλην. conf. *ibid. v. 22.* Vnde notat *emere, comparare sibi Deut. II, 6.* תִּכְרוּ οἱ ό· λήψεσθε. Itaque in loco Dauidico אָזְנַיִם כָּרִיתָ לִּי potuit verti sine vitio: *aures parasti s. aptasti mihi,* h. e. pars pro toto: *corpus parasti s. aptasti mihi.*

v. 6.

ὁλοκαυτώματα.) Alexandrini in singulari, vti hebr. עוֹלָה.

ȣ̓κ εὐδόκησας.) Alexandrini ȣ̓κ ᾔτησας, hebraice: לֹא שָׁאָלְתָּ scil. ὅτι ȣ̓κ εὐδόκησας. Auget Apostolus fastidium. Sic quoque repetitur v. 8.

v. 7.

ἐν κεφαλίδι βιβλίȣ.) בִּמְגִלַּת־סֵפֶר, quod verterunt Alexandrini iisdem verbis, quibus vsus est Paullus. *Aquila:* ἐν εἰλίγματι, *Symmachus:* ἐν τῷ τεύχει τȣ̃ ὁρισμȣ̃ σȣ, de quo vocabulo *Moeris:* τεῦχος, τὸ ἀγγεῖον, Ἀττικῶς· τὸ δὲ βιβλίον, λέγε ἑλληνικῶς. Iterum verterunt Alexandrini *volumen libri* κεφαλίδα βιβλίȣ *Ezech. II, 9.* Caeterum per κεφαλίδα in loco nostro intelligi debet illud ipsum *volumen Psalmorum,* quasi dixisset: *in hoc volumine.* Alioquin addenda erat vox Θεȣ̃ aut simile quid, vti *Ps. CXXXVIIII, 16.*

τȣ̃ θέλημά σȣ) scil. ἠβȣλήθην, quod addidere Alexandrini, vt exprimerent hebr. חָפָצְתִּי *Constitui, mi Deus, obtemperare tibi, (s. eo delector, vt tibi obtemperem,* vide quae de חָפֵץ dixi ad *Ebr. X, 5.*) quippe quod praestat victimis omnibus, *1 Sam. XV, 22. Os. VI, 6.*

v. 9.

ἀναιρεῖ.) *tollit, abrogat:* scilicet quia dixit: ȣ̓κ ἠθέλησας, vide supra ad *Ebr. X, 5.*

v. 11.

v. 11.

ἱερεὺς ἕστηκε καθ' ἡμέραν λειτουργῶν) Primum recte legitur *ἱερεὺς*, non: *ἀρχιερεὺς*, quoniam illud de Pontifice maximo affirmari nequit. Porro *ἕστηκε* elegans verbum est; notatque *apparere, ministrum esse*. Hebraice: עָמַד לִפְנֵי dicitur *1 Sam. XVI, 21. 22.* Vbi Alexandrini: *Καὶ εἰσῆλθε Δαυὶδ πρὸς Σαοὺλ, καὶ παρειστήκει ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ ἠγάπησεν αὐτὸν σφόδρα· καὶ ἐγενήθη αὐτῷ αἴρων τὰ σκεύη αὐτοῦ. Καὶ ἀπέστειλε Σαοὺλ πρὸς Ἰεσσαὶ, λέγων, Παριστάσθω δὴ Δαυὶδ ἐνώπιόν μου.* Adde *1 Reg. X, 8.* Sic quoque *Lucianus* ait, *Mercurium τῷ Διὶ παρεστάναι, καὶ διαφέρειν τὰς ἀγγελίας τὰς παρ' αὐτοῦ ἄνω καὶ κάτω.*

v. 21.

ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ) Sic per hebraismum vocatur *aedes s. templum Dei, Ioh. II, 16. Marc. II, 26.* Vnde quoque *aedes coelestis* vocatur *οἰκία τοῦ Θεοῦ, Ioh. XIIII, 2.* Ipse hebraismus illustrari potest ex *1 Reg. VIIII, 1. 10.* vbi בֵּית יְהוָה vertitur ab Alexandrinis: *οἶκος Κυρίου.*

v. 26.

Ἑκουσίως γὰρ ἁμαρτανόντων ἡμῶν) *Etenim, si sponte nostra deficiamus a Deo. ἁμαρτάνειν* h. l. est synonymum verbi *παραπίπτειν*, de quo confer quae diximus ad *Ebr. VI, 6.* Notat itaque *deficere*, vti *2 Pet. II, 4. ἄγγελοι ἁμαρτήσαντες* sunt *rebelles*, qui a Deo defecerunt, conf. *Iudae v. 6.* Caeterum haec significatio verbi *ἁμαρτάνειν* hebraismum redolet. Nam, quod legitur *2 Reg. XXI, 16.* הֶחֱטִיא *ad defectionem a Deo sollicitauit* (quoniam tunc temporis idolorum cultui dediti fuerant Israëlitae) vertitur ab Alexandrinis: *ἐξήμαρτε.* Praepositio *ἐξ* inseruit exprimendae significationi τοῦ Hiphil; Sic *ἐξ* in *ἐξανατέλλειν Gen. II, 9; ἀπὸ* in *ἀποστοματίζειν, Luc. XI, 53.* vbi conf. *Casaubonum.*

v. 27.

πυρὸς ζῆλος) haec, et quae sequuntur commatis huius verba, omnia petita sunt e versione Alexandrina. Iam vt vberius nunc illustrem verba singula, constat Deum ipsum se vocasse *Θεὸν ζηλωτὴν Deut. V, 9.* quum appareret in flamma promulgandae legis caussa. Vnde intelligitur, *πυρὸς ζῆλον* dictum esse pro: *πῦρ ζήλου*, scil. τοῦ Θεοῦ, vti est apud Alexandrinos *Soph. III, 8. I, 18.* Similis phrasis est *Deut. XXXII, 22. ὅτι πῦρ ἐκκέκαυται ἐκ τοῦ θυμοῦ μου, καυθήσεται ἕως ᾅδου κάτω.* adde alium locum *Deut. XXVIIII, 20.*

ἐκκαυθήσεται ὀργὴ Κυρίου καὶ ὁ ζῆλος αὐτοῦ. Synonyma autem sunt: θυμὸς, ζῆλος, ὀργή· Ipse ignis Sinaiticus argumentum erat *irae diuinae*, symbolumque ignis aeterni inferorum, qui propterea simpliciter vocatur ὀργὴ *Apoc. XI, 18.* Adde *Luc. III, 7.*

ἐσθίειν) *consumere*; Est hebraismus. Sic hebraicum אָכַל de *igne* dictum ἔδειν vertunt Alexandrini *Es. XXVI, 11.* nec non καταφάγεσθαι *Deut. XXXII, 22.*

πυρὸς - ὑπεναντίους) Bis extat haec phrasis in Versione Alexandrina, *Es. XXVI, 11. LXIIII, 1. 2.*

v. 28.

ἐπὶ) Ita eleganter verterunt Alexandrini: עַל־פִּי *Deut. XVII, 6*; i. e. *sub ea conditione, s. lege, si duo aut tres adsint testes.* De significatione praepositionis ἐπὶ supra dixi ad *Ebr. VIII, 6.*

v. 29.

δοκεῖτε) Eleganter additur, quasi diceret: *iudices sitis vosmet ipsi*, quemadmodum v. c. *Dauides, 2 Sam. XII, 5.* quum argueretur a Nathane propter adulterium cum Bathseba commissum, ita de se iudicabat: Ζῇ κύριος, ὅτι υἱὸς θανάτου ὁ ἀνὴρ ὁ ποιήσας τοῦτο.

ὁ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας) *Qui filium Dei foedissime habet*, quemadmodum illud: ἀνασταυροῦν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, quod supra explicaui ad *Ebr. VI, 6.* Originem vero huius significationis verbi καταπατεῖν enarraui supra ad *Ebr. I, 13.* quae videtur in omnes linguas migrasse, estque bene graeca, quamquam frequenter ab Hellenistis adhibita fuerit. Videamus primum exempla, vbi *ius concalcari*, h. e. *foedissime violari* dicitur. Quale est illud Agamemnonis apud *Homerum Iliad. δ, 157.*

Ὡς σ᾽ ἔβαλον Τρῶες, κατὰ δ᾽ ὅρκια πιστὰ πάτησαν.

Ad quem locum *Eustathius* ait: πολλὴν δηλοῖ καταφρόνησιν τὸ πατῆσαι. Sic quoque *Suidas*, πατεῖν interpretatus καταφρονεῖν, ὑβρίζειν, vtitur loco *Arriani* in quo est: τοὺς ὅρκους πατήσας, οὓς ὤμοσε. Similiter *Sophocl. Aiac. 1352.*

Μηδ᾽ ἡ βία σε μηδαμῶς νικησάτω
Τοσόν δε μισεῖν, ὥστε τὴν δίκην πατεῖν.

Quibus addo aliud exemplum *Sophoclis*, vbi etiam *homo concalcari* dicitur; locus est *Aiac. 1165.*

Ἤδη

Ἤδη ποτ' εἶδον ἄνδρ' ἐγὼ, γλώσσῃ-θρασὺν
Ναύταις ἐφορμήσαντα χειμῶνος τὸ πλεῖν,
Ὧι φθέγμ' ἂν ὀκ ἂν εὗρες, ἡνίκ' ἐν κακῷ
Χειμῶνος εἴχετ', ἀλλ' ὑφ' εἵματος κρυβεὶς
Πατεῖν παρεῖχε τῷ θέλοντι ναυτίλων.

Similis est vis verbi πατεῖν *Apoc. XI*, 2. πατήσȣσι τὴν πόλιν ἁγίαν· Nam sic quoque *Zach. XII, 3.* Καὶ ἔσαι ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ θήσομαι τὴν Ἱερȣσαλὴμ λίθον καταπατȣμενον πᾶσι τοῖς ἔθνεσι· πᾶς ὁ καταπατῶν αὐτὴν ἐμπαίζων ἐμπαίξεται &c.

καὶ τὸ αἷμα - ἡγησάμενος) quemadmodum qui in crucem agebant Christum Iudaei, tanquam rebellem et seditiosum i. e. *sanguinem Iesu Christi tanquam profanum habet*: Κοινὸς saepe est *immundus* in N. T., per Hebraismum. Vnde intelligitur phrasis: μὴ διακρίνων τὸ σῶμα τȣ͂ κυρίȣ, *1 Cor. XI, 29. coll. 27.*

v. 30.

conf. Vers. Alexandrinam *Deut. XXXII, 35. 36. Ps. CXXXV, 14.*

v. 31.

ἐμπεσεῖν - ζῶντος) h. e. *poenas dare Deo aeternum viuenti.* Est hebraismus: נָפַל בְּיַד quod Alexandrini vertant. ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας *2 Sam. XXIIII. 14.*

v. 33.

τῶν ὅτως ἀναςρεφομένων) Qui iisdem calamitatibus iactantur. *Virg.* multum ille et terris *iactatus* et alto. conf. *Seruium;* pro quo *Homerus init. Odyss.* ὃς μάλα πολλὰ πλάγχθη. Sic dicitur κακὴ ἀναςροφὴ *2 Macc. V, 8. Ebr. XIII, 7.* Sic Francogallice: *revers*, de fortuna.

v. 37.

ὁ ἐρχόμενος ἥξει) Alexandrini: ἐρχόμενος ἥξει, sine articulo. Sed Paullus aliter interpretatur hebraicum כִּי־בֹא יָבֹא quasi esset: כִּי־בֹא אֲשֶׁר יָבֹא vt referat ad vim nominis יְהוָֹה, quae explicatur: ὁ ἐρχόμενος *Apoc. I, 8.*

v. 38.

ὁ δὲ - ζήσεται) transposita haec sunt omnia. In hebr. enim post ἐν αὐτῷ, quod sequitur, collocantur omnia.

καὶ ἐὰν ὑποστείληται - αὐτῷ) Simile exemplum supra illustrauimus ad *Ebr. VIII, 9.* Scilicet hoc quoque in loco sequutus est Paullus Alexandrinos contra hebraicum, vti videtur, textum. Neque enim עפל quod legitur *Habac. II, 4*, significat *defecit*, sed *extulit se*. Immo pro עפלה legerunt οἱ ό· עלפה quod est rad. עָלַף quae notat *defecit*. Porro sequitur secundum hebraica לא־יָשְׁרָה נַפְשׁוֹ בּוֹ, *non probabitur mihi anima eius*, quod Alexandrini verterunt οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ, legerunt enim: נַפְשִׁי Quod ad ὑποστείληται attinet, *genus* pro *specie* dictum existimato, adeoque nullus inest error. Posterius vero inuersis membris, idem plane significat, quod verba hebraica. Caeterum Verba Alexandrinorum magis h. l. accommodata erant sermoni Paulli, poteratque sane ea retinere, quamquam ab hebraicis differant, attamen non magis quam genus a specie, vt deinde adderet de ὑποστολῇ quae mox sequuntur.

Ad Capitis XI, 1.

ἐλπιζομένων ὑπόστασις) h. e. *firmissima rerum quae sperantur, expectatio.* Ita vertendum esse hunc locum, iam supra ad *Ebr. III, 14.* e versione Alexandrina atque consuetudine linguae ostendimus.

v. 2.

ἐν ταύτῃ) hebraismus: *per, s. propter* hanc fiduciam.

ἐμαρτυρήθησαν) *commendati sunt.* Sic quoque *Act. VI, 3.* Nam עוד in Hiphil vertitur μαρτυρεῖν *Thren. II, 14.* Τί μαρτυρήσω σοί. *Qui te laudabo? quanam re te commendabo?*

v. 3.

καταρτίσθαι) *Ita facta atque in ordinem digesta esse astra orbesque omnes, vt in motu suo constantes essent, eandemque vsque ad finem mundi, orbitam sequerentur perpetuo.* Exprimit enim vim verbi hebraici: כון quod sic verterunt Alexandrini *Ps. LXXIV, 16.* Σή ἐστιν ἡ ἡμέρα, καὶ σή ἐστιν ἡ νύξ, σὺ κατηρτίσω ἥλιον καὶ σελήνην. adde *Ps. LXXXVIIII, 38.* contendantur hebraica cum graecis.

τοὺς αἰῶνας) i. e. *vniuersum*, astra, orbesque omnes, vide supra ad *Ebr. I, 2.*

v. 4.

πλείονα - παρὰ) Est hebraismus de quo supra ad *Ebr. I, 4.* dictum.

ἐμαρ-

ἐμαρτυρήθη εἶναι δίκαιος) *Commendata fuit viri pietas*, a Deo ipso וַיִּשַׁע ἐπεῖδεν, i. e. delectatus fuit Deus *Gen. IV, 4.*

ἔτι λαλεῖ) *adhuc ad Deum clamat*, *Matth. XXIII, 35.* Vnde *Ebr. XII, 24.* ait nos προσεληλυθέναι αἵματι ῥαντισμῦ κρείττονα λαλῦντι παρὰ τὸν Ἄβελ. conf. *Gen. IV, 10.*

v. 5.

μετετέθη) Sic verterant Alexandrini hebraicum לָקַח

τῦ μὴ ἰδεῖν θάνατον) Errant itaque, qui putant Enocum mortuum esse. Nam ἰδεῖν θάνατον, vti supra diximus, ex hebraismo idem est quod ἀποθνήσκειν. Vetus quoque fuit Iudaeorum traditio, Enocum mortuum non esse. plura mox dicentur.

διότι μετέθηκεν αὐτὸν ὁ θεός.) כִּי־לָקַח אֹתוֹ אֱלֹהִים quod Paullus interpretatur vti Alexandrini μετέθηκεν αὐτὸν ὁ θεός, itaque אֱלֹהִים refert ad *Deum* ipsum, contra versiones erroneas multorum Iudaeorum. Nam v. c. *Samaritanus* sic interpretatur: accepit eum angelus eius, quod ni fallor, ad angelum praesidem pertinet, quem errorem constat apud Philosophos veteres, orientis inprimis, maxime inualuisse. Itaque אֱלֹהִים essent *angeli* vti *Ps. VIII, 5. sqq. coll. Ebr. II, 7.* Sed doctiores atque sapientiores interpretes de Deo ipso dictum existimarunt. Sic Iosephus ait: ἀνεχώρησε πρὸς τὸ θεῖον. Caeterum quid לָקַח significet, et caeterae textus partes, et *Onquelosus* satis docent. Onquelosus: *Non occidit eum Deus.* Neque enim לָקַח h. l. *mortem* comprehendit, quemadmodum *v. c. Ionae IV, 3.* cui similis est locus *1 Reg. XVIIII, 4.* sed significat *a Deo ipso ita suscipi, vt cum eo verseris perpetuo, nullo interueniente mortis sensu.*

v. 6.

πιστεῦσαι γίνεται) Eadem vrget Paullus contra gentiles *Rom. I, 19. 20. sqq.* Simile est inter ipsos gentiles dictum Epicteti: ὀρθὰς ὑπολήψεις περὶ θεῶν ἔχειν ὡς ὄντων καὶ διοικῦντων τὰ ὅλα καλῶς καὶ δικαίως. Cum loco Paulli conferri debet alius ei longe simillimus *Sap. XIII, 1.*

v. 8.

μὴ ἐπιστάμενος, πῦ) conf. ἣν ἂν σοι δείξω *Gen. XII, 1.*

v. 9.

μετὰ) Non significat *eodem tempore*, *sed eadem lege atque conditione* omnes hanc terram incoluisse. Vnde Deus amauit vocari Deus Abrahami Isaaci et Iacobi, quoniam omnibus aeque terram Canaan promiserat, conf. *Gen. XV, 4-9. XXVI, 2-6. XXVIII, 13. 14.*

v. 10.

τὴν τοὺς θεμελίους ἔχουσαν πόλιν) i. e. *ciuitatem Dei coelestem*, de qua sic incipit *Ps. LXXXVII, 1.* οἱ θεμέλιοι αὐτοῦ ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς ἁγίοις. confer omnino *Eph. II, 19, 20. 21.*

v. 12.

ἡ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης) Proprie est prouerbium hebraicum, quod saepe legitur in versione Alexandrina. Itaque non est cur miremur, apud *Herodotum* quoque, atque alios scriptores graecos, qui in vetustissimis habentur, eandem phrasin reperiri, quippe illi ipsi hebraicam vetustatem redolent. Quae in hoc loco est varietas lectionis, qua tollitur a quibusdam παρὰ τὸ χεῖλος, nullius momenti est. Nam Paullus vti Alexandrini, modo addidit, modo neglexit.

v. 33.

κατηγωνίσαντο βασιλείας) Sic hoc verbum legitur quoque in scriptis *Plutarchi*; Sed de re ipsa confer hic omnino *Grotium*.

εἰργάσαντο δικαιοσύνην) h. e. *vitam egerunt piam atque sanctam*, vti hebr. עָשָׂה צְדָקָה *Ezech. XVIII, 5.* quod vertunt Alexandrini ποιεῖν δικαιοσύνην. Pertinet autem haec laus maxime ad Samuelem, *conf. 1 Sam. XII.*

ἔφραξαν στόματα λεόντων) *obturarunt rictus leonum.* Sic Daniel euasit e praesentissimo mortis periculo; conf. Alexandrini *Daniel. VI, 22.*

v. 34.

ἔσβεσαν δύναμιν πυρός) conf. *Dan. III, 27. 28.* quo ipso loco fatetur rex, propterea ignis nullam in illos fuisse vim, ὅτι ἐπεποίθεισαν ἐπὶ τῷ θεῷ.

ἔφυγον στόμα μαχαίρας) Sic rectius legitur pro: στόματα, quod librarii ad exemplum loci v. 33. de suo mutasse videntur. Sic Dauid effugit

git ensem Saulis. Sic Iephtha vim Ammonitarum, *Iud. XII, 3.* Elias, Achabi, *1 Reg. XVIII.*

ἐδυναμώθησαν ἀπὸ ἀσθενείας) conf. *Iud. XV, 19.* nec non ἐνίσχυσον *Iud. XVI, 28.* Eodem referri quoque potest exemplum Iobi, nec non morbus Ezechiae, regis, *2 Reg. XX, 5.* atque infirmitas Eliae prophetae *1 Reg. XVIIII.*

ἐγενήθησαν - ἀλλοτρίων) Quo pertinet *Iud. IIII, 15.* de Baraco. Quod etiam saepe contigit Iosuae, Dauidi, aliisque.

v. 35.

ἔλαβον - αὐτῶν) miraculo Eliae *1 Reg. XVII, 22.* atque Elisaei *2 Reg. IIII, 35.*

ἐτυμπανίσθησαν) *distenti fustibusque caesi sunt.* τύμπανον proprie est *bacillus tympanistae, quo tympanum pulsat.* *Photius* in Lexico MS. τυμπανίζεται, ξύλῳ πλήσσεται, ἐκδέρεται καὶ κρεμᾶται. Τύμπανον τὸ τοῦ δημίου ξύλον, ᾧ τοὺς παραδιδομένους διεχειρίζετο, καὶ τὸ ἀποτυμπανίζειν ἐντεῦθεν. Itaque τύμπανον quoque appellatus fuit bacillus, quo carnifex vtebatur in exequendis eiusmodi suppliciis. Verbi τυμπανίζεσθαι prima significatio est haec: *extendi toto corpore, v. c. super tympano quodam seu alio eiusmodi instrumento, ita vt totum corpus ictui magis pateat.* Itaque *Hesychius* locum nostrum hac illustrat glossa: ἐτυμπανίσθησαν, ἐκρεμάσθησαν (h. e. *distenti sunt*) ἐσφαιρίσθησαν, h. e. *incuruati sunt veluti globus conuexus.* De hoc supplicii genere admodum vsitato apud veteres, conf. *Suicer.* T. II, p. 1327. Photii locus, quod obiter dixerim, repugnat *Grotio*, qui τύμπανα putat vocari *fidiculas*, forsan quoniam dicitur μαστιγούμενος *2 Macc. VI, 30.* Pertinet vero locus noster, vti facile apparet e verbis apostoli quae mox sequuntur: οὐ προσδεξάμενοι τὴν ἀπολύτρωσιν, ad supplicium, quo *Eleasar* periit tempore persecutionis Antiochinae, vide *2 Macc. VI, 30. coll. 20. et 28.* vbi dicitur ἐπὶ τὸ τύμπανον εὐθέως ἦλθε. de eodem supplicii genere est alius locus *3 Macc. III, 27.*

v. 36.

ἐμπαιγμῶν καὶ μαστίγων) haec pertinent ad martyrium *septem fratrum cum matre*, 2 Macc. VII, 1. 7. vbi eadem sunt verba. Quae loca librorum apocryphorum propterea diligenter sunt conferenda, quoniam non solum

ea

ea spectauit Apostolus, sed maxime dictionis genus idem est, quod in Versione Alexandrina.

δεσμῶν καὶ φυλακῆς) Illustria sunt exempla *Iosephi* atque *Ieremiae.*

v. 37.

ἐλιθάσθησαν) Nota exempla Zachariae, *2 Chron. XXIV, 21.* Nabuthis *1 Reg. XXI, 13.* Stephani *Act. VII, 58.*

ἐπρίσθησαν) Hoc ex traditione de supplicio quo periit *Esaias* propheta, dixit, quem Manasses lignis cedrinis dissecari iusserat. vid. *Vuolfii*, curae Crit. ad h. l. Confirmatur hoc auctoritate Epiphanii.

ἐπειράσθησαν) *tentati atque sollicitati ad idololatriam.* clarissimum exemplum est *2 Macc. VII, 24.* Caeterum quae in loco nostro est lectionis varietas, nullius momenti est. Suspicati enim sunt, qui tollunt ἐπειράσθησαν, illud ex ἐπρίσθρησαν natum esse, propter maximam in vtraque voce litterarum similitudinem.

ἐν μηλωταῖς) *in pellibus ouinis. Hesychius:* μηλωτὴ, διφθέρα. Eiusmodi veste vsum esse *Eliam*, constat ex *1 Reg. XVIIII, 13. 19. 2 Reg. II, 8.* quibus in locis omnibus exprimit μηλωτὴ apud Alexandrinos hebraicum אַדֶּרֶת De hoc vocabulo est glossa apud *Moeridem* haec: Ὄα, ἢ ὤα ἐν τῷ ω μεγάλῳ, Ἀττικῶς· μηλωτὴ, ἑλληνικῶς. Sed praeter *Eliam* etiam *Elisaeum*, *Ezechielem* aliosque prophetas vili hoc vestimento vsos esse auctor est *Clemens* ad Corinthios, cuius locum integrum descripsit Grotius. Ad hanc prophetarum formam externam pertinent verba Christi *Matth. VII, 15.* ἔνδυμα προβάτων, *quae erat priscorum prophetarum vestis.* vix melior fuit vestis *Iohannis*, summi post Christum ipsum prophetae, *Matth. III, 4.* Eiusdem generis fuit prima vestis Protoplastorum, quae vocatur χιτὼν δερμάτινος *Gen. III, 21.*

Ad Capitis XII, v. 1.

ὄγκον - εὐπερίστατον ἁμαρτίαν) Respicit Paullus historiam *Caini. Hesychius:* ὄγκος, φύσημα, ὑπερηφανία, ἔπαρσις, μέγεθος. Porro huc pertinet glossa *Hesychii:* εὐπερίστατον, εὔκολον, εὐχερῆ. Vide quam bene consentiat לַפֶּתַח חַטָּאת רֹבֵץ Est igitur: peccatum, *quod semper in promtu est.* locum illum *Gen. IIII, 7.* misere torserunt Alexandrini.

v. 2.

v. 2.

χαρᾶς) i. q. δόξης. Sic שִׂמְחוֹת de *gaudio vitae aeternae* dictum, εὐφροσύνη vertunt Alexandrini *Pf. XVI, 11.* Ipfe Iefus δόξαν vocat *Ioh. XVII, 5.* Sed vocis χαρὰ fimilis vis eft *Matth. XXV, 21. 23.* Quare in loco noftro ei opponitur αἰσχύνη, quae vox fequitur.

v. 3.

ἀντιλογίαν) Sic vertunt Alexandrini מָדוֹן *Pf. LXXX, 7.* i. e. *conuitia, quibus quis profcinditur ab hoftibus.*

κάμητε - ὑμῶν) comma poft ὑμῶν debet fcribi. Nam iterum vfus eft Apoftolus phrafi Alexandrinorum, quae extat *Iob. X, 1.*

v. 5.

μȣ) בְּנִי, fed neglexerunt fuffixum Alexandrini *Prou. III, 11.*

v. 6.

παιδεύει) ἐλέγχει habent Alexandrini, hebr. יוֹכִיחַ quod proprie notat: *arguit.*

μαστιγοῖ δὲ) Sic fcripfit Paullus Alexandrinos fequutus, pro hebraico: וּכְאָב *et vt pater.* Scilicet legerunt Alexandrini: וְכָאִיב *dolore afficit*, vti eft *Iobi V, 18.* quod vertunt Alexandrini: ἀλγεῖν ποιεῖ. Totum difcrimen non eft admodum magnum. Sed in prouerbiis maluit Paullus retinere verba interpretum Alexandrinorum, quippe Iudaeis graecis magis nota quam quidem verba hebraica.

πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται) *quemlibet filium quem amat.* Ex Alexandrina verfione. Ita enim eleganter fenes illi verterunt יִרְצֶה per παραδέχεται, omnem hebraifmi vim affequuti. Hoc verbum alias per hebraifmum graece vertitur θέλειν, quo fenfu eft quoque in N. T. *Matth. XXVII, 43.* Sic quoque חָפֵץ hebraice, vide fupra ad *Ebr. X, 5.*

v. 11.

καρπὸν εἰρηνικὸν - δικαιοσύνης) pro: εἰρήνην, καρπὸν δικαιοσύνης, i. e. *felicitatem aeternam fructum f. praemium vitae probae.* conf. *Ef. XXXII, 17.* Καὶ ἔσαι τὰ ἔργα τῆς δικαιοσύνης, εἰρήνη. Καὶ κρατήσει ἡ δικαιοσύνη ἀνάπαυσιν. adde *Iac. III, 18.*

v. 12.

Διὰ τὰς - ποσὶν ὑμῶν) hic versiculus ducitur totus ex *Ef. XXXV, 3. et Prou. IIII, 26.* Pro παρειμένας Alexandrini habent ἀνειμένας. Pro ἀνορθώσατε iidem habent ἰσχύσατε, quod magis ad verbum exprimit vocem hebraicam.

v. 15.

ἐνοχλῇ) Verba petita sunt e versione Alexandrina *Deut. XXVIIII, 18.* videntur autem magis respondere textui hebraico, si legatur ἐνοχλῇ, quam quidem ἐν χολῇ, quod placuit Grotio aliisque multis, maxime quum faueant huic lectioni codices. Caeterum non nego Paullum forsan cogitasse de lectione vulgata ἐν χολῇ quoniam in ὑςερῶν omisit verbum substantiuum, quo vsi sunt Alexandrini. Lectio loci nostri migrauit quoque in Codicem Alexandrinum Versionis graecae.

v. 16.

ἀπέδοτο - αὐτῦ) sunt Verba Alexandrinorum *Gen. XXV, 33.* de commate sequenti vid. *Gen. XXVII, 36 sqq.*

v. 18.

προσεληλύθατε - θυέλλῃ) Singula verba petita sunt e versione Alexandrina, conf. *Deut. IIII, 11. V, 22.*

ψηλαφομένῳ) *tacto*, scil. *a Deo, qui cum maxima tempestate accederet*, i. e. *fumanti.* Quicquid enim tangitur igni, id primum fumat deinde comburitur. Sic ἅπτεσθαι de monte apud Alexandrinos, *Pf. CIIII, 32. CXXXXIIII, 5.* quibuscum comparari debet *Exod. XVIIII, 18.*

κεκαυμένῳ πυρὶ) בֹּעֵר בָּאֵשׁ *Deut. IIII, 11.* Quem hebraismum conseruarat quoque Alexandrinorum versio.

θυέλλῃ) haec sunt φωναὶ καὶ ἀςραπαὶ *Exod. XVIIII, 16.* per angelos factae. Sic φωνὴ etiam *1 Theff. IIII, 16.*

v. 19.

σάλπιγγος ἤχῳ) pertinet hic clangor tubae Dei ad ministerium angelorum in promulganda lege. huic primae tubae opponitur ἐσχάτη σάλπιγξ *1 Cor. XV, 52.*

φωνῇ)

φωνῇ) quae Dei ipsius erat. Incipit *Exod. XX, 2. Ego sum Iehouah.*

ῥημάτων) ita appellantur per hebraismum *decem leges decalogi*, hebr. הַדְּבָרִים quod ῥήματα verterunt Alexandrini *Deut. IIII, 13.*

v. 20.

ἔφερον) Sic quoque verbum βαστάζειν *Ioh. XVI, 12.* Et apud *Epict. Ench. c. 29.* εἶτα καὶ τὴν σεαυτοῦ φύσιν κατάμαθε, εἰ δύνασαι βαστάσαι, i. e. *num par sis huic rei.*

v. 21.

ἔκφοβος) conf. *Deut. VIIII, 19.* vis vocis intelligitur e *Marc. VIIII, 6.*

Ad Capitis XIII, v. 7.

ἀναστροφῆς) Vide quae de hac voce notaui supra ad *Ebr. X, 33. Vitam* in vniuersum notat *Iac. III, 13.*

v. 8.

χθὲς καὶ σήμερον) Prouerbium hebraicum, quod vide *1 Sam. XX, 27.*

ERRATA.

p. 2. l. 13. pro puncto interrogandi scribatur colon.

p. 12. l. 31. 34. pro ἐλίσσειν lege ἑλίσσειν.